¶ Presumendũ est ꝓ intellectu huius ca. ꝙ cuꝫ quis a sede apostolica impetrat beneficium vacans impetrans debet facere mentionem de beneficio suo q̃tũcunqꝫ modico: imo etiã si ipetret litteras vel expectatiuas ad beneficia a sede aplica vel a legato pape debet facere mentionem de beneficijs obtentis q̃tũcũqꝫ modicis: al's littere essent surrepticie. Secus esset si quis impetraret beneficium ab ordinario.

Casus

¶ Casus. Ego cõstitui ꝓcuratorẽ meũ ad acceptandũ ⁊ accipiẽdũ possessionẽ actualẽ ⁊ realẽ quorũcũqꝫ beneficioꝝ: ⁊ affirmandũ in forma cõmuni: postea arripuit iter romã. michi absenti fuit collatũ aliqđ bñficiũ ꝓcurator meus acceptauit istud beneficiũ: ⁊ ego

h ¶ Antea. qꝛ si post / nulla fuisset dubitatio.
¶ Glosa seq. recitetur per questionem.
i ¶ Ignoranti. Idẽ intelligo de sciente anteq̃ acceptet / vel ratam habeat collationeꝫ eandem. Cũ ei añ hoc beneficiũ suũ dici nõ possit: non necesse est de ipso fieri mẽtionẽ. ĩ. de ꝑben. si tibi absenti. Et nota ex hac decre. ⁊ illa: ꝙ beneficia ecclesiastica licite conferuntur absenti. Simile in ꝓcuratore qui cõstituitur etiã absens: vt. ĩ. de ꝓcura. licet. ⁊. ff. de ꝓcu. l. j. in fi. Sed hic forte procurator ꝑsens habens mandatum ad talia ratum habuerat ⁊ acceptauerat per id quod dicit in fi. retinere. Ul' dic qꝛ in beneficijs vel litteris ad beneficia ipetrandis nichil debet taceri quod possit mouere animum concedentis: etiam de tali beneficio anteq̃ acceptet debet facere mentionem. ad hoc. ṡ. eo. in nostra. ⁊. ĩ. de preben. cũ ius. j. ⁊. ca. si motu. maxime cum habeat ius ad rem. ĩ. de conces. preben. ca. vlti. et in predicta decret. si tibi. Additio. Et nudo consensu constituat sibi ius in re quod non facit vacationẽ expectans qui tamen id tenetur exprimere vt predicta decreta. in nostra. Jo. an.

Bñficium absenti põt cõferri.

k ¶ Nescires. diuinare ei non tenebaſ: qꝛ id humanũ non est. ṡ. vt eccle. benefi. vt nostrum. Jo. an.
l ¶ Utrũqꝫ. s. impetratũ a papa ⁊ collatum epo.
¶ Glo. seq. querit ⁊ remittit. ponit quattuor opi. tertiam reprobat. ad quartã signat cõtrariũ ⁊ soluit.
m ¶ De iure teneri. Sꝫ que sunt hec beneficia que possunt simul de iure teneri. Super hoc vide i specu. ti. de leg. ito. §. restat. versi. illud autem. Posset dici secundũ Innocentium qui hoc tenet de electiõe. dudũ. de prebẽdis. cum iam dudum. ꝙ habere plura beneficia non curata: et que de cõsuetudine / vel statuto residentiam non requirant. non est peccatũ. nec contra iura: ⁊ de talibus hic posset intelligi. Ul' posset dici secundũ Goffre. qui hoc nota. ḋ cleri. nõ residen. ca. iij. ꝙ de iure potest quis habere plures prebendas quarum altera per se non sufficit. allegat eodem titu. con

Beneficia plura an sit licitũ de iure obtinere.

querente. quod facit etiam contra. et de preben. cum teneamur. Uel dic q loquitur de beneficijs vnitis an nexis vel dependentibus. Illa enim simul possunt de iure teneri: sed hec lectura non procedit: per collatio nem enim vnius haberet vtrunque: et sic non fuisset necessaria alte rius collatio. Un de dici posset opinionem In nocē. verā esse: quam sequitur cōsuetudo: quā papa scit et tole rat. vel saltem opinio. Goffre. arg. S. eo. si gra tiose. arg. pro et contra. j. de pre ben. is cui. Uel dic q littera ista loquitur de his beneficijs que pretextu consuetudinis vel statuti su per hoc ex causa facti simul teneri possunt. Ad pri mum de conces. preben. ex parte. in fi. Ad secundu de consti. cum omnes. et simile de iure. S. vt lit. pen. ca. j. S. de elec. cumana. ad fi. Ad primum contra. j. de con suetu. ca. j. et S. de conces. preben. litteras. Solu. illud speciale in duobus beneficijs in vna et eadem eccle sia. secus in diuersis: vnde videtur facere pro. et facit quod no. Hostien. in predicta decreta. litteras. in glo. non obstante. in fine.

non potes[a]: sed eligas[b] qd' ex eis malueris retinere. I dē.

¶ Si restituatur quis ad gra tiam reuocatam sine alteri[9] preiudicio intelligitur resti tutus vnde alteri ante resti tutionem impetranti prefer ri non debet. h. d. Joannes and. Capitulum. viij.

Quamuis is cuius gra tia[c] per quam mandabatur in certa ecclesia prouideri[d] si bi de beneficio proxime[e] va caturo: per nos fuerat reuo cata[f] restituatur a nobis de nuo ad eandem: non tamen et cui post reuocationem[g] et ante restitutionem predicta[3] similis[h] in eadē ecclesia gra tia facta fuit. ¶ Nisi hoc ex

si canonici facerēt in preiudiciū mee gratie. tractu tē poris accidit q papa reuocauit gratiā michi factā: et anno sequēti fecit tibi in illa ecclesia similē gratia: q: mādauit dictis canonicis vt te reciperēt in canonicū: et prebendā primo vacaturā vel vacan: tē assignarent cū appositione decreti irritan tis. ita q gratie nostre erant si miles accidit q ego prim[9] acces si ad papā: et pe tij vt ipse digna ret me restitue re ad meam gra tiam quam ipse reuocauerat qd fecit. post vaca uit prebenda in ecclia pictauen. querit nuc an pre benda debeatur michi vel tibi secūdo. attento q mea gratia fuit reuocata? Respondet papa q qn restituit aliquem ad gratiam reuocatam: hoc facit sine preiu dicio alterius: ideo rndet ad questionem: q lz sim pri mus habito respectu ad gratiā: nō tn sum primus ha bito respectu ad restitutionē: ideo tu secūdus in data grē es michi pferēdus: q: nos attēdim[9] tps restōnis et nō tēpus date grē. Et hoc verū nisi aliud papa dice ret in restitutione: videlz q me restituit ad datam et prioritatē tēporis: et vult gratiā meā valere perinde acsi reuocata nō fuisset: etiā q ad prioritatē tēporis.

¶ Nota pmo ex textu iūcta glo. q si sub eadē collatio ne sunt plures expectantes hūtes siles grās: ille pre fert qui est prior in data. et sic hz locū illa regula qui prior est tpe. Sec[9] si nō haberēt siles grās: q: aliqd ha bēt aliqs prerogatiuas. Puta q si papa māndet scdm in data pferri qbuscūqs: tūc seruāda est voluntas pa pe. q: in his spūalibus papa hz plenā dispositionem.

¶ Nota scdo principalem effectum ad quē emanauit istud capi. videlz q cū papa aliquem restituit ad gra tiam reuocatā nō videtur in dubio velle pūdicare iu ri alterius. Et istud facit ad decisionē talis qstionis: videlz. Aliquis vasallus cōmisit felloniam cōtra pn cipem: pter qd sua bona sunt cōfiscata. pendente illo tēpore princeps dat feuda alijs. tractu temporis iste qui cōmisit fellonīā restituit p principē. vtrū restitua tur ad bona sua cōfiscata? textus iste facit q nō: quia princeps videt illū restituere sine preiudicio alteri[9]: et hoc verū si princeps simpliciter cum restituat. quia tunc non videtur remouere ius alteri quesitum.

Possu mus qd de iure possu mus.

a ¶ Non potes. de iure cōmuni: dispēsatiue tamen posset. Et si queratur per quem dispēsari possit: vide qd no. lxx. dist. sanctorum. xxj. q. ij. si quis iam trāslatus de elec. dudum. ij. de preben. de multa. de conces. pre ben. litteras. et j. de consue. c. j. Jo. and.

¶ Glosa seq. primo dat simile. secundo querit. argu. pro et contra. et soluit.

b ¶ Eligas. Sic et olim electio dabat ei qui duo be neficia curata simul habebat. S. de preben. referēte et ca. preterea. hodie secus. eo. titu. de multa. Sed num quid electo vno re integra penitere poterit et aliud eli gere? Arg. q sic. ij. qō. vj. si quis libellos. et S. de elect. in causis. de iure pa. cum autem. quod facit etiam cō tra. et j. de offi. delega. quis. et j. de procura. quis. et j. de reg. iur. mutare. cum si. Argu. contra. xxxij. qōe. v. horrēdus. de iureiuran. quē admodum. S. eo. li. de re scrip. c. ij. et j. de reg. iur. qd semel cum suis concor. So lu. satis videretur q re integra possit mutare consi lium et aliud eligere per prima iura. ad hoc. j. de pre ben. si tibi absenti. ff. de opt. lega. l. ij. Contrarū tene per predic. regu. quod semel. ad hoc. j. eo. ca. penul. in fine. et de postula. ca. primo.

diuisio

Quamuis is cuius. ¶ Ponit dictū in quo interse rit exceptionem ibi: nisi. et ponit rationem dicti ibi. Cum talis. Joan. and.

¶ Presupponatur primo q inter expectantes aucto ritate apostolica habet locū illa regula: qui prior est tēpore potior est iure: vt si sint duo vel plures qui in eadem collatione habent similes gratias expectati uas: tunc in beneficio quod primo vacabit est prefe rēdus ille qui prior est in data. ¶ Casus. hoc presup posito potest sic figurari. ¶ Papa michi in ecclesia Pictauen. fecit gratiā hoc anno: q: ipse mādauit ca nonicis ipsius ecclesie: vt me reciperent in fratrem et canonicū: et prebendam vacantē vel proximo vacatu ram michi assignarent / cū clausula decreti irritātis

Casus.

c ¶ Gratia concessa forte a Nicolao. iiij. vel Celesti no. v. Joan. and.

d ¶ Prouideri. nec adhuc puisum erat: nec ad pos sessionē deuenerāt. vnde habebāt ius nō in re: sed ad rem. de conces. preben. c. vlti. Joan. and.

Jus in re et ad rem qd dicat.

e ¶ Proxime vacaturo. qd solus papa facere po test. de conces. preben. c. ij.

f ¶ Reuocata. Tenorem huius reuocatorie consti tutionis non habemus: sed de ipsa fit mentio. j. de pre ben. ca. penulti. et antepe nulti. de concessio. prebende ca. vlti. Reuocatoria illarum Nicolai incipiebat. Pri dem ad apicem. Illarum Celestini: olim celestinus. et ca. dudum. Joannes.

g ¶ Post reuocationem. Idem et multomagis si an te reuocationem.

h ¶ Similis. s. de beneficio proxime vacaturo.

a ¶ Expresse dixerimus. hoc enim papa facere potest. ad hoc.j.de preben.c.penul.
¶ Glo.seq.alleg.in 3rariu.fortificat textu & 3riis rndet secdo arg.ad questione. ponit opi.Gof. 3 qua alleg.v. iura & remittit.demu subdit tres opiniones.

b ¶ Cu talis. Ecce ro.& aduerte. qr in 3trariu videbatr ex eo qr restitutio est potius status reparatio: et restituitur in pristinu ius redit.arg.xv.qoe.vj.nos sanctoru.et.c.iuratus.§.de elec.qr dilige tia.ij.q.iij.§.nostandum.in fi.et C.de len.paf.l.j. restitutio enim hoc opari debet vt nec psit/ nec obsit qd euenit.ff. ex qui.cau. ma.l.j. primo rnso. Sed cotrariu est veru: vt hic.et sic p parte debuit questio terminari per decre. de renun. ex trasmissa.& de simo.ex insinuatione.& cocor.C. de remis.pig.l.vlti. vbi si de volutate creditoris debitor pignus distrahit: si iteru deueniat ad ipsum debitorem res illa distracta no renascitur hypothecaria, qua habebat a principio. actio enim semel extincta &c. de cose. dist.iiij.queris.ff.de solu.qui res.§.area. Ad contraria respondetr q hic no est vere restitutio: immo quedam noua cocessio p predi.iura. Et no. q hec decre. facit in argu. ad questione dnicalem: an.s. epus inuito patrono restituere possit presbyteru p se depositu? et determinauit Gof. de renu.ex trasmissa. in fi.q non: p.l.C.de nup.si vt ppoitis.ij.vbi dicitr q in matrimonio restaurado p filia post diuortiu requiritr cosensus patris: sicut a principio in cotrahedo. In cotrariu facit de renun.post traslatione.de iude.iudei.de ciuitate.& ca.cosuluit.de his que fiut a prela. cu aplica.vij. q.j.eos.& no.de hoc.xxiij. qo.iiij. nabuchodonosor. in prin. Dicebat Hostie.opi.Gof.esse vera cum restituatur ab inferiori: secus si a principe p iura superi9 pro restituto inducta. Bar.buri.in dnicali questione que incipit. Sacerdos aliquis fuit. dixit q si depositus appellauit infra decem dies restitui pot inuito patrono: als non. Tan.dixit q si epus preuenit in restitutione patronu/valet restitutio: als no.qd approbat Hostien.in predi.decre.ex trasmissa.& de elec.innotuit.& facit qd no §.de costi.cum accessissent.in vlti.glo.

Restitutio qd est.

Hoc h reprobatr fm archi. Jo.an.

presse[a] dixerimus) ante ferri debebit. ¶ Cum talis[b] restitutio (vbi aliud non exprimitur) intelligatur[c] fieri sine iuris preiudicio alieni. I dem.

¶ In litteris ad beneficia impetratis inspicitr tepus date. vn p illas bnficiu curatu obtinere no poterit: qui licet nuc sit maior illo tempore minor erat hoc dicit Jo.an. Cap.ix

c ¶ Intelligatur.concor.j.eo.c.ij.

Si eo tempore ¶ Unius thematis duo dubia soluit: et vtriusq3 causam reddit. secundum ibi: beneficium. Joan.and.

¶ Presupponendu primo q quis non potest obtinere beneficium curatum nisi attigerit.xxv.annum.

Casus.

¶ Casus. Quida ticius minor.xxv.annis: qr forte in xxiiij.anno a sede apostolica impetrauit litteras gratiosas ad episcopu pictauesem sub hac forma. Madamus vt tali puideas de beneficio cu cura vel sine cura: si quod de presenti vacat: alioquin de primo vacaturo. accidit q antequa vacaret aliquod beneficiu: iste Ticius effect9 est maior: qr peruenit ad vigesimum quintu annu: & vacauit ecclesia parrochialis qua Ticius petit sibi coferri virtute sue gratie. Dixit episcopus q istud beneficiu curatum no comprehendebatur sub sua gratia: qr tepore impetrationis ipse erat incapax ad obtinedum illud beneficiu curatu. Dixit ex aduerso impetrans q licet tempore impetrationis esset incapax ad obtinendu illud beneficiu curatum: tame nuc ipse est capax: vtrum bene dicat? Respodet ro.poti. q no: qr requiritur capacitas tepore impetrationis: & non sufficit capacitas tpe vacationis. Sed vtrum vicietr beneficiu sine cura p clausulam cu3 cura/ puta quia papa madauit vt episcopus tali ticio coferret beneficium vacas vel primo vacaturu cu cura vel sine cura: vtru p clausula cu cura/ vicietr clausula sine cura: ita q tota sua gratia sit viciata? Rndet q no. ideo si vacet aliqd beneficiu no curatu episcopus tenetur sibi illud coferre. & si episcopus nolit coferre: tuc impetras habebit recursum ad suu executore qui sibi conferret illud beneficium non curatum: no obstante recusatione episcopi: quia vtile per inutile non viciatur quado sunt separabilia: secus si essent inseparabilia. ¶ Nota primo ex hoc textu iuncta glo. q minor.xxv. annis no est idoneus ad obtinendu beneficiu curatu tamen sufficit q copleuerit.xxiiij.& attigerit.xxv. annu: vt dicitr in.c.cu in cunctis.§.de elect.licet secus sit in epo: qr requiritur in epo q copleuerit annu.xxx.& inceperit annu.xxxi. Que etas requiratr in quolibet ordinato tractat Panor.in ca.sup inordinata.de prebe. in antiqua. ¶ Nota vlterius illud ad quod allegatur istud.c.q respectu illius p quo scribitr attenditur tempus date litteraru & no tepus vacationis.& iste est principalis effectus huius ca.& ratio huius pot assignari: qr littere fueruut nulle respectu illi9 incapacitatis: ergo tractu tepois no conualescut. ¶ Nota finaliter q littere ad bnficia possunt p parte valere/et pro parte no valere: vt in casu huius ca. Nam si minor.xxv. annis fuerit facta gratia respectu beneficij curati littere no valet: et tn respectu alior beneficiorum valent. & sic vtile per inutile non viciatur.

Si eo[a] tempore quo tibi de beneficio cum cura[e] vel sine cura mandamus prouideri: ad obtinedum curatum beneficium idoneam[f] non habeas etatem: tibi licet nunc legitime effect9[g] sis etatis auctoritate litteraru huiusmodi (cum tempore[h] date ipsarum adhuc non esses idoneus[i]) de beneficio cu=

¶ Glo.seq.signat cotrarium & ibi remittit.

d ¶ Si eo.contradicit ad hanc.j.de preben.ei cui p uideri. Ibi sol.

e ¶ Cum cura.nisi hoc fuisset expressum de curato prouideri non posset.§.de preben.c.vlti.& j.de prebe. cum in illis.

f ¶ Idonea.s.xxv.annor.§.de elec.cu in cunctis.

g ¶ Effectus. Spectamus ergo initiu. & facit.§.de elec.dudum.j.& qd ibi no. Nec firmatur tractu tepores quod de iure ab initio non valebat.j.de regu. iur. non firmatur cum suis concor.

h ¶ Cu tepore date.sic no.inspiciendu tepus date. sic.§.eo.ca te.& j.eo.tibi qui.& de preben.cum cui.

¶ Glosa sequens reci. per questionem. alleg.pro. et soluit contrarium.

i ¶ Idoneus.propter defectum etatis: et idem dici posset de defectu ordinum.argu.§.de eta.et qualita. preterea.sed hoc est falsum: vt.j.de preben.si pro clericis pauperibus.

a ¶ Curam animarū. In his qui ad curata benefi-
cia promouētur requiritur maior idoneitas q̄ in aliis
et ideo si mandatur prouideri de dignitatibus/persona-
tibus vel beneficiis de cura mentione non habita: de
curatis dignitatibus personatibus vel beneficiis nō
poterit prouideri
j. de preben. cū
in istis.
b ¶ Benefici-
um. Quia pote-
rat dubitari ne
illa inutilis ad-
iectio scilicet cū
cura vitiaret in
totum rescriptū
scz q̄ nec etiam
de simplici posset prouideri: ideo annectit qđ sequitur
Et sic nota vtile non viciari per inutile. j. de regu. iur.
vtile cum suis concor.

ram[a] aiarū habente nequaq̄ poterit prouideri. ¶ Benefi-
cium[b] autem sine[c] cura (cum ad ipsum sufficientē tūc[d] eta-
tem[e] haberes) per eas licite[f] poteris obtinere. Idem.

c ¶ Sine cura. q̄r ex se curam non habet. si autē ha-
beret annexam parrochialem et curatam ecclesiam:
dic vt dicam. j. de preben. super eo.

d ¶ Tunc. scz tempore impetrationis. Joan. and.

Idoneitas impetrātis an cōsideret̃ s̄m tp̄s impetrationis vel vacatiōis bñficij.

Additio. Adde ergo q̄ si quis ipetrauerit beneficiū
cū cura vel sine cura: et tp̄e impetratiōis est legitime
etatis. si vacat sibi debet̃: vt in hoc ca. et hic no. in glo.
ista antepe. Jtē not. de p̄bē. j. c. ei cui. in glo. fina. c. li.
vbi apparet sufficere q̄ tempore vacationis habeat
sufficientē etatez. Solu. ibi. no. in. iij. glo. quia prima
glo. loquitur in impetratione curati: scđa in impetra
tione sacerdotalis: satis obstat qđ no. eo. titu. non po
test in. iiij. glo. sz credo glo. ca. ei cui. posse sustineri li-
cet aliqui contra: q̄r plus est habere curatū in actu et
habitu q̄ in habitu tm̄. ad hoc quod no. de cle. non re
siden. quia nonnulli. super ver. parrochiales. et p̄ ho
stien. de offi. archidi. cū satis. et Jo. an. super verb. ani
marum. et optime probat extrauagans Jo. execrabi-
lis. iuxta finē. ver. quātum aūt. et quod no. in p̄alleg.
cap. cum cui. super verb. licite. in nouella. et vide con-
trarietatē glo. &c. Sed adhuc insto per hunc textū
in fine. et in glosa que loquit̃ in beneficio simplici. vn-
de potest sic dici q̄ est quedā inhabilitas ratione eta
tis temporaliter ad beneficium: quedam soluz ratio-
ne etatis ad qualitatem beneficij curati. quedam sa-
cerdotalis tantū: in prima et secūda inspiciamus tem
pus impetratiōis: in tertia tempus vacationis. quia
plus est aliquē esse inhabilitatū ad totū q̄ ad partez
vel ad qualitatez paruā. ad hoc quod notatur hic in
nouella. de eta. et quali. indecorū. de prebē. sup̄ inor-
dinata. et quod no. de corpo. vicia. cap. j. et ij. et fi. tali.
Et forte speciale est in ista qualitate sacerdotali: vt h̄
sentit Joānes andree. et adde quod notatur de exces-
si. prela. cum nostris. per Jnnocen. et Joannē. and. in
additione que incipit: et in clementina. Hieronymus
clarius. Brixi.

¶ Glosa. seq. q̄rit alleg. opi. interserens et soluit.

Etas idonea in bñficijs obtinēdis

e ¶ Etatem. Sed que est idonea etas in beneficio
sine cura? Videtur q̄ maior quattuordecim ad illa di
catur idoneus. s. de prebē. super inordinata. vbi ho-
stiensis. hoc tenet in canonijs propter maturitatem
concilij quod requiritur in illis. nā ibi pueri nō dicū-
tur idonei ad beneficia obtinenda. Certum autez est
q̄ infans dicitur vsq̄ ad septimū annum. puer autez
de septimo vsq̄ ad duodecimū vel decimū quartū an
nū. xxij. q. v. pueri. et C. de fal. mone. l. j. et dici. s. l pro-
hemio circa finem. Sed vt ibi notat Bernardus dici
potest q̄ pueri ibi dicuntur minores septennio: et isti

dicunt̃ indigni. Septēnes aūt et maiores septēnio di
cūtur idonei. cum enim tales possint ordinari. xxviij.
di. de his. ergo et in beneficiis intitulari. argumentuz
de preben. cū secunduz. ad hoc optime facit. j. de elec.
ex eo. et hec vera intelligo: nisi essent talia beneficia q̄
sacrum ordinez
ex priuilegio/cō
suetudine/ vel sta
tuto/ vel alio mo
do requirerent:
et facit quod de-
cam. j. de fil. pre
sbyte. ca. j. j. re-
sponso. et proba
tur expresse. j. de
prebē. ei cui pro
uideri. An hodie dispensent episcopi in etate no. s. de
elec. cum dilectus. et dicam. j. de elec. licet canon. et de
eta. et quali. ca. vno.

¶ Gratia generalis non preiudicat speciali: et debet face-
re mentionem de precedenti priuilegio cōsuetudine vel
statuto. hoc. d. secun. se.

Si propter Capitulum x.

f ¶ Licite. Jd dicimur posse quod licite possumus.
xxij. q. ij. faciat. Jo. an.

Si propter. ¶ Propter multiplicitatem intelle-
ctuum glo. Joā. and. non summat. Potest tamē
sic summari. ¶ Generalis gratia habens clausulam
generalem scilicet nō obstan. nisi ad id aliter exp̄mat̃
non preiudicat iuri specialiter ex statuto consuetudi
ne vel priuilegio alij quesito. hoc dicit s̄m Joā. de fan
tusiis s̄m quē hoc summarium comprehendit vtrāq̄
lecturā positam in glo. ¶ Diuiditur s̄m Jo. an. quia
primo ponit thema et eius dubium soluit ibi. Inten-
tionis. casum exceptuz interserens ibi. Nisi. Jo. ā. an.

Summarium.

Diuisio

¶ Casus. Papa concessit episcopo Bonon. debitoruz
onere grauato priuilegium q̄ fructus beneficiorum
primi anni vacantiū in sua diocesi perciperet. et erat
hec gratia vsq̄ ad quinquenniū duratura: apposito
in priuilegio q̄ non obstarent consuetudines priuile-
gia vel statuta per que sua posset impediri concessio.
Vacauit quoddam beneficium cuius reditus primi
anni de priuilegio consuetudine vel statuto spectat
ad fabricam ecclesie. vel alium vsum/ vel aliquaz sin
gularem personam: queritur cui debeantur hui⁹ be-
neficij reditus primi anni? Respondet̃ secundū vnaz
lecturam q̄ debētur fabrice: vel illi vsui vel singula-
ri persone: nisi in concessione facta episcopo aliud ca-
ueretur expresse. Vel dic vt. j. in vltima glosa. Jo. an.

Casus literalis Jo. an.

¶ Casus s̄m veriorez intellectū. Papa fecit episcopo
Pictauen. gratiaz: videlz p̄ exoneratione et solutiōe
suorum debitoruz sibi indulsit: vt fructus primi anni
omniū beneficiorū vacantiū in sua diocesi perciperet
vsq̄ ad quinquenniū. In ip̄a diocesi Pictauensi erāt
aliqua beneficia que habebant hoc onus: q̄ reditus
primi anni erant deputati alicui hospitali vel fabrice
Vacauit tale beneficium: queritur tūc quis habebit
reditus primi anni: an ep̄s vel fabrica: et vtrū ista gra
tia faciat preiudiciū fabrice? Respondet roma. pon.
q̄ per talem gratiam non fit preiudiciuz fabrice: quo
minus percipiat fructus vnius anni. tamen episcop⁹
habebit fructus primi anni: et nō fabrica. sed fabrica
habebit fruct⁹ secundi anni: et institutus in beneficio
habebit fructus tertij anni: et sic fiet sine p̄iudicio fa-
brice. Et ratio est. quia alias ista gratia esset inutilis
nisi episcopo: puta si illud beneficium solum vacaret
in quinquēnio: tunc si ep̄s perciperet solum fructus
secūdi anni: gratia sua esset sibi inutilis: quia gratia
sua secundo anno esset expirata. Et illud verū q̄ da-
buntur fructus episcopo vel fabrice deductis oneri-
bus ipsius beneficij. videlicet q̄ institutus accipiat

Casus longus d. helie

moderate aliquam portionem pro seruiendo in diuinis et residuū dabitur episcopo vel fabrice. ¶ Nota primo ex isto. ca. q̄ eps non potest retinere fructus beneficiū vacātis si contingat vacare tempore messiū: sed illos fruct⁹ tenet reseruare futuro successori quem in stituit q̄ alius fru stra ipetraret p̄ uilegiū vt perci peret fruct⁹ pri mi anni benefi ciorū vacantiū in sua diocesi: q̄ frustra precib⁹ implorat qd alicui iure cōmuni pcedit. l. vnica. C. de thesau. li. x. C. ¶ Nota principalem effectū huius ca. videlicet q̄ si episcopo mole debitorū grauato fuerit facta gr̄a q̄ ipe perciperet reditus primi anni beneficiorū vacātium in sua diocesi si tales fructus primi anni antea erāt assignati fabrice vel alicui persone: per gratiam epi non preiudicatur fabrice vel persone singulari etiam si papa dixerit in gratia epi non obstantibus priuilegijs vel consuetudinibus: sed debet fieri interpretatio. q̄ eps habebit reditus primi anni: fabrica aūt vel persona singularis habebit reditus secundi anni. et instituti habebunt reditus annorum sequentium. lz aliqui dicant q̄ fabrica haberet fructus primi anni: et eps secundi: et institutus annorum sequentium.

a ¶ Tua debita. Ad idem. j. de prebendis. si tibi cōcesso.

b ¶ Fructus. Nota q̄ nō habet retinere beneficia sed fruct⁹. vide vt dixi. s. e. si gratiose. in hoc casu vacant bn̄ficia. vñ is ad quem ptinet electio infra tempus statutū necessario hz eligere. et facit qd not. Ber. de magist. q̄ nōnullis. et probat hoc satis. j. de prebē. si tibi concesso. Jo. an.

¶ Glo. seq. q̄rit et soluit duo dubia. et solutioni secūde signat contrarium cui respondet.

c ¶ Primi anni. Quid dices cōputabitur ne annus iste a die fructuū colligendorum: an a die vacationis vel mortis? credo a die vacatiōis computari. Vñ nō credo hic seruari legē de vasallo: que dicit q̄ si vasallus decedat post Augustū et ante kalendas Martij. q̄ ad dñm pertinet. Alioquin ad vasallū vel ei⁹ herede m. vt in li. feu. ti. lex regni. c. si vasallus. sz credo q̄ a die vacationis vsq̄ ad annū quicquid obueniet beneficio et separatū erit a solo totum erit huius priuilegiati. Comparo eñ hūc priuilegiatū vsufructuario qui fructus separatos et reconditos suos facit. ff. de vsufruc. l. arboribus. §. iulianus. al's incipit / si fur. secundū moderationē tamen decre. j. de offi. ordi. p̄senti. §. porro. et facit qd ibi dicam. et dico q̄ ann⁹ iste habebit. ccclxv. dies. vñ si vacauerit ecclia p̄ma die mēsis: sequenti anno prima die eiusdē mensis finitus sit annus. et facit qd dicā. j. de elec. q̄ sit. et si esset bissext⁹ illi duo dies cedūt sibi p̄ vno. p̄ vno eñ computātur vt. s. de vbo. sig. quesiuit. ff. de verbo. sig. cū bissext⁹. ff. de diuer. et tempo. p̄scrip. l. ij. in vl. glo. Licet sit ar. cōtra. ff. de statu liber. l. cū heres. §. stichus. Sed illo in penis vel odijs que sunt mollieñda. de peni. dis. j. pene. j. de reg. iur. in penis. et facit qd no. in predi. decre. quesiuit. et. lv. di. c. ij.

¶ Glo. seq. ponit. iiij. exempla et subdit genus. demum querit arguit negatiue: et contrarium soluit.

Vasallus decedēs an transmittat fruct⁹ ad heredē suum vel ad dñz. Priuilegiat⁹ vt possit recipe fructus primi āni bn̄ficiorū vacantiū eq̄parat̄ vsufructuario.

tua[a] debita p̄soluēda fruct⁹[b] bn̄ficiorū primi anni[c] q̄ in tua vacabūt[d] diocesi: tibi (nō obstātib⁹ q̄buslibet p̄suetudib⁹ priuilegijs vel statutis p̄ q̄ n̄ra ipediri[e] posset concessio) vsq̄ ad quinquēniū[f] de speciali[g] gr̄a pcedim⁹[h]. ¶ Intētiōis[i] n̄re neq̄q̄ existit si fruct⁹ huiusmodi ecclie tue fabrice vel alteri vsui[k] seu cuicūq̄ singulari p̄sone de spāli p̄suetudie priuilegio vel statuto[l] forsitan debeant: q̄ eis p̄ cōcessionem ipam[m]. ¶ (Nisi hoc expresse[n] caueat in ea) p̄iudicium aliquod generetur.

d ¶ Vacabunt. Morte: renunciatione: depositiōe: translatione: vel quocūq̄ alio modo. Quid si permutatiōe? videt q̄ secus per decret. j. de re. permu. c. vno sed contrariū puto quia negari non potest quin propter permutationē vacet: et equitas in eo solo casu iuris rigori prefertur: quia in hoc scripta reperit: in alijs non: nō ei ex illo speciali casu est regula danda.

e ¶ Impediri. Sec⁹ ergo si differri. et lz intendat p̄ clausulam nō ob. ipedimēta tollere: dilationes tamen tollere non intēdit: licet ex dilatiōe impediri posset. vt. j. dicam.

f ¶ Quinquenniū. Factū narrat. idem eñ in clerici et vlteriori tempore.

¶ Glo. seq. declarat in quo est gr̄a et quid confert.

g ¶ Spāli gr̄a. Quia de iure futuris successoribus conseruari debebāt vel in vtilitatem ecclesiarum expendi. j. de elec. q̄ sepe. et de offi. ordi. p̄senti. et itelligo hanc gratiā et illā q̄ sequit̄ fm moderationē illius decre. p̄senti. §. porro. s. q̄ hoc solū intelligat de illis fructib⁹ ecclesiarū vacātiū q̄ solutis debitis si qua sunt et his que necessaria fuerint pro seruitoribus et ministris et alijs incūbentibus oneribus vsq̄ ad nouos reditus) reperta fuerint superesse.

¶ Glo. seq. q̄rit et opi. ponit quā fortificat p̄ aliam opi. cui opponit et dupliciter respondet.

h ¶ Concedim⁹. An legat⁹ de latere similē gratiā dare possit: tractauit Jo. de deo in questionibus suis in p̄n. et Guil. in specu. titu. de legato. §. nūc tractem⁹. in fi. et dicunt q̄ dato q̄ ex causa hoc posset: bn̄ficiū tñ vel dignitas debet cū aliquo emolumēto conferri qd verū est: vt dixi. s. in glo. pri. et in glo. quia. Notat et Bernar. s. vt eccle. benef. vt nostrū. in vlti. glo. q̄ episcopus ex iusta causa ad tēpus posset fructus alicui⁹ beneficij retinere, pbat p̄ decre. s. de vbo. signi. c. pe. que etiā facit cōtra cū id fuerit impetratum a papa: sz potest dici sic fuisse de facto. ad hoc. s. de fi. pbro. litteras. vel illud fm Gof. in fructibus omniū beneficiorū vacantiū vsq̄ ad certū tēpus: vt hic etiā. In vno aūt beneficio et eius pueniibus conuertendis ex causa in vsum prelati: non erit necessaria licentia pape: q̄ cum eps cū capitulo possit suppmere dignitatem et pter necessitatem possessiones alienare: multo fortius puentus percipere.

Legatus de latere an possit pcedere fruct⁹ p̄mi anni bn̄ficiorum vacantium.

i ¶ Intentionis. No. ad intētionē scribentis recurrendum. fa. s. eo. c. ij. et. j. de cōces. preben. c. vl. et. s. de deci. ex multiplici. cum si.

k ¶ Alteri vsui. Puta mense capituli.

l ¶ Statuto. No. q̄ ola priuilegia p̄suetudines vel statuta q̄cūq̄ firmitate vallata pcessa capitulis puentibus vel collegijs cathedraliū regularū et pventualiū ecclīarū seu singularib⁹ earūdē p̄sonis: vt bona ecclesiarū ipsarū vacantiū a plātis dimissa vel tpe vacatiōis obueniētia possint surripe / diuidere: vel in suos vsus puertere sunt hodie reuocata et cassata p̄ decre. j. de elec. q̄ sepe. et. c. statutū. in cle. q̄ tñ in alijs beneficijs locū non habet. vt. j. de offi. ordi. p̄senti. i fi.

m ¶ Concessionem ipsam. Sibi factam.

n ¶ Expresse. Ad idem. s. eo. cum aliquibus. et ca.

quod[a] generetur. Idem.

¶ Cause ab apostolica sede vel eius legato committi debent dignitatem obtinentibus vel canonicatum ecclesie cathedralis: nec tractari debent nisi in ciuitatibus vel locis insignibus. h. d. vsque ad §. cum vero. Capitulum. xi.

Statutum quod circa iudices a sede[b] apo. deputandos nuper edidimus: cum quedam[c] contenta in eo que pro communi vtilitate[d] credebantur[e] inducta

susceptum. z c. quis.

¶ Glo. seq. ponit duas lecturas. z contra secundam duplicater opponit: z primam approbat.

a ¶ Preiudicium aliquod. Nisi istud verbum esset ita gratia le ista decre. sic posset intelligi quod ex ea nil sequeretur absurdum. s. quod fabrica vel vsus ille vel alie singulares persone sic priuilegiate habeant reditus secundi anni. iste autem priuilegiatus habeat reditus primi anni: z ita bene consequeretur secundum hoc suum effectum illa clausula priuilegij: non obstantibus quibuslibet consuetudinibus priuilegijs zc. Alij dicunt quod illa fabrica vel alij hic contenti habebunt reditus primi anni: quia papa non intendit eis derogare: sed soli successori. Iste autem priuilegiatus habebit reditus secundi qui ibi est primus: sed quo ad successorem vel beneficiatum: tertius erit primus: z sic nullum preiudicium etiam ex aliqua dilatione generabitur fabrice. Sed secundum hoc posset impediri concessio: quod est contra tenorem ipsius gratie. Posset enim quod in anno quanto quo finiri debet gratia vacet beneficium: ne ... si fabrica primos reditus habeat: episcopus nihil habebit. Item quid operabitur illa clausula non obstantibus zc. cum successori si per primam lecturam magis clausula illa preiudicium fieret. vnde prima lectura magis michi placet z magis est amica littere: vt dicamus quod ista erat dubitatio decre. an per istam concessionem sic facta. s. non obstantibus quibuscunque zc. videretur derogare ipsi etiam. s. non obstantibus quibuscunque zc. vt ex quo ex illius priuilegio fabrice vsui vel singulari persone: vt ex quo ex illius priuilegio anni habere non possunt: ambigi vigore reditus primi anni habere non possunt: ambigui vigore reditus primi habebunt, reditus secundi: z papa respondet quod habebunt reditus primus nil habeant: z papa respondet quod habebunt, reditus secundi anni: quasi ille eis sit prior vt illa clausula non obstantibus non successorem: sed priuilegiatum tantum coadiuuet.

Priuilegiatus super receptis fructibus beneficiorum vacantium primi anni qualiter debeat recipere.

Diuisio. Statutum. Licet hec decre. per paragraphos aliter diuidatur: eam tamen in. iiij. partes diuido principales prima durat a principio vsque ad §. insuper. secunda abinde vsque ad §. preferendo. tertia abinde vsque ad §. quicquid. quarta vsque ad finem. In prima statuitur quibus personis z in quibus locis cause a se. apo. vel legatis vel delegatis ipsius committi debeant z tractari. In secunda prouidetur circa exactiones que fiebant in iudicijs ab ipsis delegatis, assessoribus, vel notarijs cause et apponitur pena. In tertia prouidetur circa vocationes testium ad iudicium que sepius maliciose fiebant z causa fatigandi testes, vel ab eis aliquid extorquendi. In vltima decernitur cassum z irritum quicquid fuerit factum contra predicta statuta. Joan. and. Additio. Jo. mo. diuidens decre. in sex partes. de prima faciebat tres dicens quod primo statuit circa loca et iudices. Secundo circa actores z reos in §. cum vero. Tertio in §. in nullo, circa loca z iudices prorogat. Archi. non diuidit. Jo. an. loquitur de decre. sua extrauaganti que incipiebat. Statuimus: reformat etiam decre. Inno. iiij. co. ti. presenti. quam hodie non habemus. z decre. §. co. nonnulli.

¶ Principium huius ca. legitur vsque ad §. cum vero eiusdem.

Casus litteralis domini hec.

¶ Casus litteralis. ¶ Petrus debebam titium debitorem meum in aliqua pecunie summa. z quia habebam ordinarium loci certa ratione suspectum nolui ipsum coram ordinario conuenire: sed a sede apo. impetraui causam delegari canonico ecclesie beate Marie maioris Pictauis: vel canonico ecclesie beati hylarij maioris: vel simplici sacerdoti qui ecclesie beati hylarij maioris: nec personatum nec canonicatum ecclesie cathedralis. Presentaui litteras meas delegato qui titium meum debitorem ad presentiam suam fecit citari qui in die citationis comparuit, cui obtulit libellum meum. Qui reus excipiendo proposuit quod non tenebatur litigare coram ipso delegato propter incapacitatem persone. quia cause a sede apostolica non possunt committi alicui nisi personis existentibus in dignitate vel personatu, vel nisi sint canonici ecclesie cathedralis. et sic quia titulate litteras delegatus iste non recepit potestatem: queritur an bene dicat? Respondet ro. po. quod sic z hoc verum nisi papa hoc faceret ex certa scientia: videlicet committendo alicui: qui vllus non sit in dignitate vel personatu: vel cuius non habeat canonicatum ecclesie cathedralis. Scitissime pater queritur verum habentes dignitatem vel personatum vel canonicatum ecclesie cathedralis possint cognoscere in omni loco de causis sibi a sede apostolica commissis? Dicit ro. po. quod non. immo tales delegati vel ipsorum subdelegati debent de causis sibi commissis cognoscere in ciuitatibus z alijs locis insignibus in quibus possit haberi copia peritorum.

¶ Nota primo quod cum statutum positiuum tractu temporis incipit esse dannosum, propter varietatem morum mutari potest quia non debet reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum statuta varientur humana. ¶ Nota vlterius que persone sunt capaces iurisditionis seu delegationis apostolice: quia solum ille persone que sunt constitute in dignitate vel personatu vel que obtinent canonicatum in ecclesia cathedrali. Sed quomodo cognoscemus quod aliquis habeat personatum vel dignitatem? declarat Panor. in ca. de multa. §. de preben. vbi dicit quod recurrendum est ad consuetudinem. vt si sit consuetudo quod talis habeat preeminentiam z iurisditionem: dicitur habere dignitatem. Si autem sit consuetudo quod talis habeat preeminentiam in ecclesia z non iurisditionem tunc dicitur habere personatum et non dignitatem. ¶ No. insuper quod canonicus ecclesie collegiate quecunque illa ecclesia sit notabilis non est capax apostolice iurisditionis. et sic est correctum. c. presenti. quod hodie non habemus: de quo fit mentio in principio huius ca. Et quod canonici ecclesie cathedralis possunt esse delegati ad vnam vel plures causas. non tamen possunt esse delegati quo ad conseruatores. ¶ Nota quod delegati a sede apo. non possunt pro libito sue voluntatis cognoscere de causis sibi delegatis in quocunque loco. sed debent causas examinare in ciuitatibus populosis vel alijs locis insignibus vbi sit copia peritorum. z sic alibi cognoscerent processus non valeret. vt in fi. huius ca. vbi ponitur clausula que irritat facta contra istam constitutionem.

b ¶ A sede apostolica. Legatis vel delegatis ab eis vt. j. patebit. Joan. and.

c ¶ Quedam. Ibi non distinguebatur an actor et reus essent eiusdem ciuitatis vel dioce. vel diuersarum. Item additur quod de expresso consensu partium extra locum qui deputatus est possit iudex cognoscere z committere. Si referas ad decreta. presenti, secundum illam poterit fieri commissio institutis in collegiatis honorabilibus z in cathedralibus ecclesijs: vnde secundum eam videbantur posse cause committi mansionarijs z quibuscunque priuilegiatis in talibus ecclesijs quod erat absurdum. hic autem prouidetur quod solis canonicis cathedralium ecclesiarum fiat commissio.

d ¶ Communi vtilitate. Que in legibus constituendis attendenda est. iiij. distin. erit autem lex. et §. in prohemio huius libri.

e ¶ Credebantur. Et erant sine dubio respectu prioris

temporis. Joan. and.

a ¶ Experientia. Ad idem. j. de elect. q sit. ⁊. ff. de lega. iij. l. legatis. §. ornatricibus.

b ¶ Ad norã: ⁊ ideo nõ debuit iudicari reprehẽsibile si fm temporũ varietatẽ varietur ipsum positiuũ statutũ. l. iij. di. §. verum. xxv. q. j. c. j. j. de sen. excom. c. vlti. in prin. §. de con sangui. ⁊ affini. nõ dz. cũ suis cõ cor. Sic ⁊ priuilegiũ cum tẽdit ad norã. reuocationẽ vel moderationem a principe recipit. §. de deci. suggestũ. j. de priuile. c. j. ⁊. c. auctoritate. ⁊. c. seq.

Priuilegiũ nociuũ est reuocãdum.

(sicut experiẽtia[a] docuit) tendere dignoscant ad noxam[b] sanctione[c] pñti (quã irrefragabiliter obseruari mandamus) suadẽte vtilitate in melius[d] duxim[9] reformandum[e]

c ¶ Sanctione. Sanctio ꝓprie dicitur cui adijcitur pena. qd dic vt no. iij. dist. in summa.

d ¶ In melius. Laudabilior est aũt qui rẽ emẽdat eo qui prius inuenit. C. de vete. iu. enu. l. j. §. sed neqȝ.

Reformari qd est.

e ¶ Reformandũ. Eo q non in totum sed pro parte corrigitur istud statutum: vt. j. videbis.

¶ Glo. seq. remittit obijcit ⁊ dupliciter soluit.

f ¶ Dignitate. Dignitas sumitur multis modis. qd dic vt no. Joan. iiij. dist. deniqȝ. ⁊ Uin. et Ber. §. de cleri. nõ resi. c. iij. hic ad litterã de ecclesiasticis dignitatibus intellige. Et no. mirabile. qꝛ possunt cõmitti cause maioribus. xx. annis. vt de offi. deleg. cũ vicesimũ: a quocũqȝ ⁊ etiã minoribus a papa: vt ibi. ⁊. ff. de re iudi. quidã cõsulebat. sed certũ est q qͥ est in dignitate vel personatu dz attigisse saltẽ. xxv. annum. §. de elec. cũ in cũctis. ⁊ sic videt q minorib[9]. xxv. annis nõ possunt cause cõmitti: his dico qui nõ attigerint. So. Si cause nõ possent cõmitti nisi psonis in dignitate vel psonatu cõstitutis: tũc ꝓcederet obiectio: sed possunt etiã cõmitti canonicis ecclesiarũ cathedraliũ in quib[9] nõ requirit tãta etas: vt probat. j. de elect. et co quod. ⁊ dixi. §. e. si eo tpe. ⁊ sic obiectio nõ ꝓcedit. Dico etiã q dispẽsatiue põt aliqs hr̃e dignitatẽ vel personatũ etiã minor. xxv. annis. ꝑ dispensationem pape vel epi. primũ patet. scdm ꝓbat. j. de eta. ⁊ qli. c. vno.

Dignitas qd est.

g ¶ Preditis. i. pre alijs ditatis. est enim dignitas quedã preeminẽtia in eccl'ia. vt. §. de vbo. sig. q̃uis.

h ¶ Obtinentib[9]. Idẽ de officialib[9] epoꝝ pncipali bus ⁊ foraneis ⁊ de prioribus religiosis conuentualibus ⁊ claustralib[9]: dic vt in cle. eo. ti. ⁊ si principalis.

i ¶ Cathedralium. Sufficit ergo q sit cathedralis: ⁊ sic sublatũ est q olim hic cõtinebatur de ecclesijs collegiatis honorabilibus: licet adhuc hodie in alio sit cõparatio. vt. j. de elec. qꝛ sepe alibi equiparantur cathedrales et regulares. §. de elec. ne ꝓ defectu.

Additio. Dato q sit pauperrima fm Innocen. Hostien. Joan. mo. Archidia. ⁊ Joan. and.

¶ Glosa seq. ꝓmo duo puncta declarat scdo querit. arg. pro. ⁊ soluit cõtrarium. ⁊ arguẽdo respõdet. Tertio ponit ius vetus. Quarto notat presumũ ⁊c. alleg. viij. iur. a. Quinto soluit duas questiones.

k ¶ Canonicis. Habẽtibus igit perpetuũ officiũ in ecclesia cathedrali sine dignitate psonatu ⁊ canonia: de quo loquit. j. ti. ꝓxi. c. j. nõ poterit causa cõmitti cũ de his nõ exprimãt. Item scias q licet isti canonici delegari possint: conseruatores tamẽ dari non possunt: cum decreta. vlti. j. de offic. delega. eos non exprimat. Sed vt supra dixi canonicus potest esse maior septẽnio per decreta. de electio. ex eo. et dixi de hoc. §. codẽ si eo tempore. si committatur causa tali canonico: nũquid dicem[9] litteras valere? videtur q sic. qꝛ ista decre. vltima de hac materia hoc solum requirit q sit talis ecclesie canonicus. ergo huic stabimus. sed cõtrarium credo: ⁊ dico q si tali impuberi cõmitteret causa. nisi appareret de certa sciẽtia pape nõ teneret cõmissio. Et idẽ dico si cõmittatur ab alio q̃ a papa minori. xx. ꝑ predictã decre. cuz vicesimum: quã nõ dico nec credo correctã ꝑ hanc. qd em̃ nõ mutatur ⁊c. C.

Canonic[9] impubes an possit ꝑ delegari.

Canonic[9] minor. xx. annis an possit ꝑ delegari ab alio a sede aplica.

Canonic[9] minor. xx. annis an possit ꝑ delegari ab inferiori a papa.

¶ Sancimus igitur vt nullis nisi dignitate[f] preditis[g] aut personatũ obtinẽtibus[h] seu ecclesiarũ cathedralium[i] canonicis[k] cause[l] auctoritate litterarum[m] ⁊c. apostо.[n] vel

de testa. sancim[9]. ⁊ correctio iurium est vitanda. §. de elec. ecclesia. §. ⁊. j. de elec. cũ expediat. in prin. nec ista decreta. dicit q hoc sufficiat: sed q hoc requiritur. vñ nõ cõtradicit. alis eadẽ ratione dicendũ esset q dũmodo sit canonicus cathedralis ecclesie: vel in dignitate vel personatu non possit repelli pretextu exceptionis excõicationis infamie inimicitiarũ vel alia iusta causa: qd est absurdũ. et est sile qd notabo. j. de elect. licet canon. Et no. q dicit canonicis: olim dicebat institutis. vnde videbatur q cuilibet instituto in cathedrali etiã mãsionario possent cause cõmitti. quod hodie per hãc decreta. sublatũ est. Nota ergo q pro dignitate ⁊ loco presumit ꝓ aliquo. q̃ꝛo em̃ qs melioribus preest tanto maior ⁊ sanctior est. i. ess. presumitur. in auf. de defen. ciui. ad fi. prime colũne. §. nos igit. col. iij. lxj. dist. miramur. lxiij. dist in metropolitano. §. de presum. cum in iuuentute. xxiiij. dist. quãdo. de magistris. c. j. ⁊. c. quia. ⁊. c. super specula. cũ si. Et si tẽpore date quis esset canonicus: tẽpore presentationis non puto q procedere possit: nõ sic econuerso. spectamus em̃ initiũ. ad hoc. §. eo. c. j. et. c. si eo tẽpore. §. de elect. dudum. et qd ibi no. ff. de sena. femine. ff. de iudi. l. sexcus. ⁊ hoc habes i glo. fi. in cle. gratie. eo. titu. Jo. an.

l ¶ Cause. Hec sine iurisditione non cõmittũtur. §. de offi. deleg. preterea. non ergo ꝓhibet quin audientia alicuius articuli vel mera executio cuilibet clerico committi possit.

¶ Glo. seq. querit ⁊ soluit. scd̃a pars reci. per. q. ponit opi. Inno. cũ moderatione ⁊ declaratione.

m ¶ Litteraꝝ. Pone. papa in lr̃is vocat aliquẽ simplicem clericũ nũquid valebit commissio? fm Berñ. ⁊ omnes dic q non habet hic locũ talis exceptio: ex quo papa scienter committit: quia facere potest contra cõstitutionẽ istã. ad hoc optime. §. de priuile. cũ olim. ij. versi. interim. Et no. q fm Innocẽ. sic cãcellarius ex se dat iudices ⁊ hoc cõstat: nõ habet locũ hec exceptio quare enim imputari debet parti que talem iudicem non petijt: qd verũ est etiam fm Ber. ⁊ Hostiẽ. cũ hoc ex certa sciẽtia facit. quod intelligo si id in litteris exprimitur. vt. j. de preben. si motu proprio.

¶ Glo. seq. querit et soluit.

n ¶ Se. apo. Quid de ordinarijs nũquid cõprehedũtur ⁊ tenebũtur hac cõstitutione? Dic fm Berñ. et omnes q nõ. ⁊ põt esse ratio: qꝛ epi ⁊ ordinarij habent melius noticiã clericoꝝ dioce. sue q̃ papa clericoꝝ totius orbis. vñ etiã si simplici clerico cõmittãt ordinarij tenet cõmissio. Pone em̃ q simplex clericus excellẽs sit decretoꝝ doctor. preterea nõ est ita absurdũ q aliquis etiam rudis et pãnosus clericus gerat vices epi: sicut esset q gereret vices pape. igitur ad ordinarios nõ extẽdatur hec cõstitutio. Et est simile qd consueuit dici. §. eo. nonnulli. ⁊ inferius tangam.

Ordinari[9] põt ꝯmittere cãm et simplici clerico.

¶ Glosa seq. recitat per q. quã soluit ₇ determinat.
a ¶ Legatorũ. Quia verbũ generaliter positũ ₇c. xx. dist. c. j. intelligã hanc litterã gñaliter in oĩbus legatis quorũ tria sunt genera q̃d dic vt. ſ. de offi. leg. ca. penul. ₇ .j. eo. ti. c. q̃d verũ puto indifferenter: cũ ex legationis vigore committũt: et idẽ intelligas in delegatis. scʒ cũ cõmittunt delegationis vigore .j. eo. ca. ₰. in nullo quoq;.
¶ Glo. seq. q̃rit et remittit.
b ¶ Decetero. Constitutio eñ non extendit ad preterita. ſ. de consti. ca. vlti. Quid de pendentibus dicam .j. de elec. licet canon. Joan. and.

quod sequitur vbi ₇c. i. in quibus locis insignibus et facit pro hac parte .j. eo. ₰. in nullo.
g ¶ Commode. xiij. q. ij. faciat.
¶ Glosa sequens querit et soluit. questionem fortificat ₇ soluit. circa solu. duas opi. recitat et demũ solu. determinat distinguendo.
h ¶ Copia. Pro aduocatis/ assessoribus cõsiliarijs et alijs q̃ emergũt. ff. de postulã. l. j. ₰. ait pretor. ff. ex quib⁹ cau. maio. l. ab hostib⁹ ₰. fi. de vita et honesta. clerico. cum ab

legatorũ[a] eiusdem decetero[b] cõmittant[c] nec audiant[d] alibi q̃ in ciuitatibus[e] vel locis[f] insignibus vbi possit cõmode[g] copia[h] peritorum haberi.

¶ Actore ₇ reo eiusdẽ diocesis existentib⁹ cã cõmitti non dʒ extra illã nisi in sex casib⁹ in quibus tñ nõ trahet̃ vltra vnã dietã. Et nisi in duobus casib⁹ impetrãs p iuramẽtũ fidem fecerit de illis repelletur a iudice: et in expensis cõdẽnabitur. hoc dicit vsq; ad ₰. Cum autem Dominicus.

¶ Cum vero[i] eiusdem ciui-

¶ Glo. seq. querit. ponit opi. ₇ soluit.
c ¶ Cõmittant. Pone q̃ q̃stio fuerit cõmissa: pars nõ excipit. nũquid valet ,pcessus? Dicebat Ber. ₇ oĩs post eũ q̃ tacite ₇ exp̃sse poterat pars huic iuri renunciare. Introductũ est eñ in ipsorũ fauorem ne scilʒ in opprobriũ ,pprĩũ cogant̃ ep̃i ₇ magni clerici corã rudibus ₇ pannosis clericis litigare: ₇ interdũ ,pter ruditatẽ ipsorũ ius amittere suum. et facit de regulari. ad apostolicã. cũ suis cõcor. Sed hodie per finẽ istius decreta. credo contrariũ: vbi innuit̃ q̃ ipso iure est irritum ₇ inane q̃d cõtra aliquod istorũ fit: vnde necessariam nõ credo exceptionis opem. ₇ facit q̃d dixi. ſ. eo. c. j. in principio Et põt esse ratio. vt. ſ. tetigi: q: hoc videtur non solũ in fauorẽ partiũ inductũ: sed etiam in fauorẽ ipsius apostolice sedis: ne vilipendatur in tali ministro. lxj. dist. in sacerdotibus. cũ similibus.

Delegat⁹ inhabilis ex defectu q̃litatis requirite si proce̲dat ptibus nõ excipiẽtib⁹ an valeat processus.

d ¶ Nec audiant. Nota q̃ versiculus iste nõ prohibet circa cõmissionem: sed circa agitationẽ. et idẽ erat in predicta decre. presenti. Si ergo extra talia loca fiat cõmissio: dũmodo in his locis cã audiatur satisfactũ est huic responso ſm Bert. ₇ omnes. argu. ſ. eo. ti. nonnulli. de excep. olim. ₇ infra ₰. preter. ₇ eo saluo q̃d ibi dicitur. ₇ ad hoc. ff. qui satisda. cogun. si fideiussor ₰. j. vbi dicitur q̃ cui difficile est satisdare in vna ciuitate/in aliam mittitur vt satisdet.
e ¶ Ciuitatibus. Ciuitas murorũ ambitu terminatur regulariter tñ ₇ si in suburbijs audiret idem credo argu. j. de sen. excõi. si ciuitas. Et bene dicit ciuitatibus q: in eis presumũtur esse periti. sic ₇ ep̃i in solis ciuitatibus sunt. lxxx. dist. c. j. de priuile. c. j. Et leges ₇ artes in regijs ciuitatibus sunt docẽde: vt in prohemio. ff. ₰. hec autẽ. ₇ de magistris. c. j. et noĩe studij nõ intelligitur villa vel castrũ. de cleri. nõ resi. tue.

Ciuitas qd comprehẽdat.

¶ Glo. seq. ponit duas lecturas.
f ¶ Locis insignib⁹. Quidã dicũt q̃ hec determinatio vbi ₇c. ₰. statim sequit̃ nõ refert̃ nisi ad hoc q̃d dicit locis insignibus. Sufficit eñ q̃ sit ciuitas: licet ibi nõ sint periti. et est ratio: quia communiter in ciuitatibus sunt periti. et ea que raro accidunt iurisconsulti non respiciunt nec eis medentur. sed his tantum que frequenter occurrunt in aut. vt fine prohi. ma. fi. tu. ge. ₰. quia vero. colla. vij. argu. iiij. distin. erit. ff. de legi. nam ad ea. vix enim est q̃ in ciuitate vel ibi prope non habeantur periti. vnde satis eorum copia in ciuitate haberi potest. ff. de rei vẽdica. que religiosis. vij. q. j. põtifices. Alii cõtra dicentes q̃ ibi est eadẽ ratio. primum placuit Innocen. et Hostien. ſm hoc expone

omni. xj. q. iij. non licet. Quid si inter iudices ₇ partes est cõtentio super hoc: quia aliter dicit locum insignẽ: et ibi copiam peritorũ haberi: alter negat: quid erit? Dic recurrendũ ad communem opinionem vulgi. ff. de supel. lega. l. labeo. ₇ . ſ. de spon. ex litteris. Quid si adhuc super hoc sit cõtentio? recurretur ad arbitriũ boni viri. ff. de verbo. oblig. a. l. continuus actus: non delegatorum: qui iurisditioni sue fauerẽt. ad hoc. C. de arbi. l. nemini. ₇ .j. de pe. dilectus ſm Ber. ₇ intelligo bonũ virũ iudicẽ ecclesiasticũ illius loci. ſm Inno. Hostien. autem dixit hic recurrendum ad arbitrium iudicis. id est boni viri. ₇ sic intelligitur lex/cõtinuus ₰. cum ita. eligẽtur ergo ſm eum arbitri. ſ. eo. pastoralis. ₇ de offi. delega. suspitionis. nisi euidenter notorium esset q̃ ibi peritorũ esset copia. ad hoc de appel. consuluit. j. Ego credo q̃ cum iudex se constituit aduersarium tunc locum habeant supradicta. sed si contentio esset solum inter partes: certe credo q̃ iudex de hoc cognoscere ₇ pronunciare possit. quia video q̃ pronunciat an sua sit iurisditio quod plus est. ſ. eo. si per litteris. ₇ facit q̃d recitari consueuit. de probatio. post cessionem. ₇ facit infra ₰. preter. in fi.

Delegat⁹ a papa an possit cogscere et pnũciare locũ esse insignem.

i ¶ Cum vero. Hic incipit corrigere ₇ moderari statutum generalis cõsilij. ſ. eo. nonnulli. ₇ summe equitatis est quod sequitur. Jo. and.
h ¶ Sedis aplice. Nec sufficit dispẽsatio legati: vt ṡ. eo. ti. c. pe. z dic vt ibi. Sed quero quare ep̃s dispen sat in criminalib⁹ ab adulterio citra: z nõ in defectu? Solu. Facilius deletur irregularitas ꝓueniẽs ex crimine purgatur enim per penitentiam non sic in de fectu. xxvj. distin. deinde vel maior est irregularitas proueniens ex origine q̃ ex crimine: quia prima ex na tura. secunda ex accidẽti. sed naturalia immutari nõ possunt. vj. distin. §. vlti. Additio. j. fm Gof. ṡ. ca. fi. z in sum. eo. titu. ver. pe. Joan. and.

Irregularitas ex duob⁹ ꝓuenit

i ¶ Per sedem. Eadem ratione dico idem de illo cũ quo dispensatur per episcopum: vt possit ad minores ordines et ad beneficium sine cura licite promoueri: cum eadem sit ratio.

k ¶ Defectu. Propṫ hoc a sclarib⁹ nõ repelliṫ hono rib⁹. ff. de decu. l. spurij. z. l. gñalit. §. spurios. Jo. an.

l ¶ Odiosam. J. de regu. iur. odi a. cum suis concor.

a ¶ Obtinere. ꝯcor. j. de pben. nō pt. ij. rñ. cum ꝯcor.

diuisio

Si is cum quo. ¶ Decidit casum ꝛ rōnē interserit ibi: cū nō sit verisi͞le. Joā. an. Aliter autē diuidi non potest. qꝛ tota littera pendet. Do.

¶ Dispensatio addita dispensationi non valet: nisi in dispēsatiōe secū da fiat mētio de pma. ¶ Casus. Titꝰ illegitime natꝰ a sede apo. obtinuit dispen sationē vt posset pmoueri ad sa cros ordines et ad bñficiū eccle siasticū etiā cu ratū deide asse cuto bñficio cu rato virtute sue dispēsatiōis vi debat beneficiū curatū aliō sibi conferendū. vñ accessit ad pa pā vt posset ob tinere duo bñfi cia curata: ꝛ i il la dispēsatiōe nō fecit mentionem ꝙ esset illegitime natus papa fecerat ei gratiā ad obtinendū beneficiū curatū: an valeat ista scda dispēsatio: ita vt posset ob tinere plura beneficia virtute illius scde dispensatio nis? Rñ. ro. ponti. ꝙ nō: immo est surreptitia: quia ta cuit id qđ si expssisset non obtinuisset secūdā dispensa tionē pape: vel saltē cum maiori difficultate: qꝛ verisi mile est ꝙ papa nō voluisset eū psequi tāta bñficiorū multitudine. ¶ Nota prio illud ad qđ allegaꝛ textus iste ꝙ dispēsatio addita dispēsationi non valet: nisi in secūda dispensatione fiat mētio de prima. ¶ No. ma gis specifice ꝙ si ille cū quo fuit dispēsatum sup illegi timitate ad beneficiū curatū velit obtinere secūdam dispēsationē ad pluralitatē bñficiorum obtinēdoꝝ in futurū tpꝰ. dꝫ in seccunda dispensatione sup plurali tatē bñficiorūꝫ obtinēdoꝝ in posterū facere mētionē de prima. ¶ Nota vlterius ꝙ lr̃e impetrate ad plura beneficia obtinenda: si cōstiterit ipsas esse surreptici as: non valēt ipso iure. Sunt autē lr̃e surreptitie que sunt impetrate tacita veritate. Secꝰ vero est in litte ris iusticie. Nam valet pcessus virtute illaꝝ lr̃arum factꝰ: si non excipiaꝛ de surreptione. Nā tales lr̃e nō sunt nulle ipso iure. c. si motu pprio. j. de pbend. Sed queriꝛ quot bñficia pōt obtinere ille cū quo est dispen satū sub hac forma: videlꝫ. Sixtus seruus ꝛc̃. dispēsa mus vt duo vel plura bñficia possis obtinere? Dicen dū est ꝙ cū dispensatio sit odiosa et exorbitans a iure communi debet restringi inquātū fieri pōt ideo dicē dū est ꝙ dispēsatio sub pdicta forma solū extenditur ad tria bñficia. Sed quid si papa dispēsauit: sub hac forma dispēsamꝰ vt possis obtinere duo vel plurima bñficia? Dicendū ꝙ talis dispēsatio solū extendiꝛ ad quattuor bñficia: videlꝫ ad duo rōne dictionis duo ꝛ alia duo rōne vbi plurima.

Casus breuis ꝛ lēgꝰ d. helie

Notabilia.

Littere surreptitie an sint nulle vel annullande.

Dispēsatio ad duo vel plura tm̄ tria cōprehēdit.

¶ Glo. seq. soluit dubiū.

b ¶ Sedē aplicā. Qꝛ altꝰ nō poterat. s. ca. pxi. ꝛ ea dem rōne idē credo in epo: ꝙ si dispēsauerit cū tali ꝙ possit ad minores ordines et simplex bñficiū pmoue ri: ꝛ postmodū tacito de defectu impetreꝛ dispensatio sup pluralitate taliū beneficioꝝ nō valet dispensatio propter eandē rationē: qꝛ non est verisimile ꝛc̃.

vnicum beneficium obtinere[a]. Idem. ¶ Si ille cū quo super defectu originis in curato beneficio fuerit dispensatum eo tacito super pluralitate dispensationem obtineat. non valet dispensatio. Joan. and. Capitulum. ij.

Si is cum quo fuit per sedem[b] apo. dispensatum: vt (non obstāte defectu[c] natalium quē patiꝛ) ad oms[d] ordines pmoueri valeat: et obtinere beneficium etiam si curam habeat aiarū: dispensationē aliā (tacito de predicto defectu[e]) postmodum obtineat a sede[f] pfata: vt duo[g] aut plura beneficia similem curā[h] habentia possit recipere: si ei alr̃s canonice conferātur: ꝛ ea simul licite retinere talis dispensatio (cum nō sit verisimile sedem ipam cū illo predictū patiēte defectū voluisse: si hoc fuisset expressum eidē in pluralitate beneficiorum hmōi dispensare) veluti per surreptionē obtenta nullius penitus est momenti[i].

¶ Glosa seq. ponit tres casus phibitionis.

c ¶ Defectu. Iste defectus tribus de causis ordinū ꝛ beneficiorū promotionē impedit. Primo ob ordinis prerogatiuam. xxvj. dist. c. pe. ꝛ vlt. de excel. pla. inter dilectos. C. de digni. neqꝫ famosis. li. xij. Secundo ob detestationē pa terni criminis qđ puniꝛ in filio: vt pꝫ id puniaꝛ paꝛ xxuij. q. iij. §. sed qui. ff. qđ me. cā. l. isti quidēꝫ §. vlti. Tertio pro pter incontinen tiam paternam que timetur i fi lio. iuxta illđ. se pe solet similis filius ꝛc̃. vj. q. j. §. verū. ꝛ lō filius est curie: si paterne non sit. ꝛc̃. defectus au tem est: sed non culpa. lvj. di. na sci. ꝛ de purg. ca noni. c. accedēs.

Illegitimus tribꝰ rōnibꝰ ab ordinum et bñficiorū promotiōe repellitur.

Additio. Ex his tribus insurgit quarta. scādalum. s. illorum inter quos pmouetur. Jo. an.

d ¶ Ad oēs ordines. Caute poniꝛ hoc in dispēsatio ne: ꝛ sup hoc vide qđ no. Ber. ꝛ moderni. s. eo. lr̃as.

¶ Glosa ista obijcit ꝛ soluit.

e ¶ Defectu nataliū: sup quo dispensationē habue runt. Sed nonne sublatus erat ille defectꝰ per primā dispensationē: pinde igiꝛ dꝫ haberi acsi illegitimꝰ nō fuisset: ꝛ sic est contra. ff. de edil. edic. l. quod ita. l. dis. ferrū. de rescrip. eam te. in fi. ff. de nata. resti. l. queris Littera infra cum non sit verisimile ꝛc̃. soluit. cōtra. nec ob. l. qđ ita. qꝛ hic de originis naturali defectu loquitur ibi de morbo accidentali: qui facilius tollitur. vt. s. dixi. c. pxi. ca. ferrum. loquitur quo ad salutem anime: ꝛ de peccatis que purgantur. ¶ Et. c. eam te. ꝛ. l. queris loquuntur de quadā plena restitutiōe na talium. Additio. Nō ob. fm Jo. mo. in autē. qui mo. natu. effi. sui §. tribus. ꝛ §. adoptiōis. colla. vij. quia ibi de temporaliū bonorū successione: hic de spūalibꝰ que sunt digniora. de maio. ꝛ obe. solite. Joā. andree. Additio. A deo cui nil latet. Sed hic prima dispēsa tio latebat fm Jo. mo. Jo. an.

¶ Glosa seq. ponit duas opiniones.

f ¶ Sede prefata. Alius enim dare non posset: ad hoc facit. j. de pben. sup eo. ꝛ ca. nō pōt. ꝛ. ca. cū singu la. hoc tenet Ber. de electio. dudū. ij. Barto. brixi. lxx. distin. sanctorum. ꝛ Innoc. s. de pbend. de multa. Ho stieñ. aūt dixit ꝙ in dispensatione que habet fieri pro pter necessitatem vel vtilitatem eccłie: eandē potesta tem habent epi post decre. de multa. quam primo ha bebant p predictū ca. sanctoꝝ: sed illā que habet fie ri ob prerogatiuā persone facit solus papa. ꝛ sic intel ligit ipse Pe. de sam. ꝛ Ab. dictā decre. de multa. in fi ne. sed primam seruat curia: ꝛ hoc in predictis iuribꝰ xxi. q. ij. si quis iam translatus.

Dispēsare an possit epo in duobꝰ curatis.

g ¶ Duo. Ex talis dispēsatiōis virtute pma duo q̄ habuit solū retinere potest. vt. j. de pben. nō potest. ij. rñ.

h ¶ Curā. in curato enī ꝛ simplici bene dispensant epi fm oēs. vt no. in decre. dudū. ij. de elec.

Dispēsat epo in curato ꝛ simplici.

i ¶ Momenti. Nota litteras surrepticias ipso iure

non valere. de hoc dic vt not. s. de rescrip. ad audien- tiam. ij.

Conti- nuatio d. helie ¶ De bigamis. ¶ Uisum est. s. titu. pxi. de fil. pbro. qualiter nõ possunt pmoueri ad ordines vel bñficia: verũ q2 dubitare posset aliqs de bigamis: an bigami possint pmoueri ad ordies vel bñficia io ãnectitur rubrica d bigamis. Un sciẽdum q2 filij nati añ sacerdotiũ si dicũt filij sacerdotis si agat de preiudicio ipsorũ: q2 secus si de commodo eorũ ageret: alis obstarẽt multa iura. ff. d senatoribus. vbi filij nati ante senatum dicuntur filij senatorum.

diuisio Altercatiõis. Tria facit. Primo declarat. Secũdo reprobat ibi: et coertiõi. Tertio phibet ibi: ipsis q3 Additio q2 Lamech fuerit primus bigamus habetur. Gene. iiij. et xxxi. q. j. quomodo virginibus. Jo. an.

¶ De bigamis. Gregorius. x. in 9cilio generali lugdunen.

¶ Bigamus nudat9 est omni priuilegio clericali: et astrictus seculari foro: nec valet cõsuetudo in cõtrariũ. et prohibet et sub anathemate ne tonsurã deferat. Joan. and.

Capitulum vnicum.

Altercatio- nis[a] antique dubium pñsentis declarationis oraculo decidẽtes bigamos[b] omni priuilegio[c] clericali declaram9 esse nudatos. ¶ Et coertioni fori secularis addictos[d]: consuetudine[e] contraria nõ obstãte. ¶ Ipsis quoq3 sub anathemate[f] prohibemus deferre tonsurã, vel habitũ clericalem.

Casus lfalis d. helie ¶ Casus. Certũ est q2 pmoti ad primã tonsurã gaudẽt pluribus priuilegijs. nã non tenent subire onera sordida nec psonalia. l. placet. C. de sacrosan. eccle. ca. nõ minus. de immuni. eccle. in an. Itẽ si cõmittãt delictũ nõ puniuntur p iudicẽ laicũ: sed remittũtur ad iudicẽ eccl'iasticũ. Ponam9 q2 aliquis clericus pmotus ad primã tõsurã effect9 est bigam9 vere vel interpretatiue: q2 9xit cũ duab9 vel cũ vna corrupta. an talis sit priuat9 oi priuilegio clericali? Respõ. roma. pont. q2 sic. S3 clerici vxorati retinẽt adhuc duo priuilegia .s. vt nõ possint distringi p laicũ iudicẽ. Itẽ retinẽt priuilegiũ. c. si qs suadẽte. xvij. q. iiij. S3 vtrũ bigamus possit portare insignia clericalia? Rñ. q2 nõ: iõ non pt deferre tõsurã nec habitũ clericalẽ. Et si deferat põt moneri sub pena excõicatiõis ne ampli9 deferat. et si nõ desistat est excõmunicãdus: immo fm legẽ cõmittit crimẽ falsi. l. qui miles. ff. ad. l. cor. de fal.

¶ Glosa se. ponit opiniones quas decre. determinat.

a ¶ Altercationis. Hoc ideo dicit q2 olim super hoc erant opiniones. Dicebat hug. q2 bigam9 gaudebat priuilegio clericali et canonis: q2 tenebat portare tonsuram. s. de. vita et honesta. cleri. clericus si tõsura. et erat de foro eccl'ie. ar. lxxxi. distin. dictũ. et ad minores ordines ascendere poterat. xxxiij. di. si quis viduã. ij in fi. a contrario sensu. et c. lector. Joã. et alij contra per. c. lxxxiij. dis. qsquis. et ibi hec altercatio: vbi dicit quisquis clericus viduã aut secundam vxorẽ duxerit omni eccl'iastice dignitatis priuilegio mox denudetur laicali sibi tñ cõione cõcessa: et p illud denudetur, videbat non esse priuat9: sed priuãdus. pñs g 9stitutio declarat hoc. si. C. arbi. tute. l. veteris. C. de posth. here. institu. l. quod certu3. C. de furtis. apud antiquos

Additio. Ubi de hoc. et pleni9. s. ca. ij. Franci. dicit per hoc concilium epos etiam in minoribus dispensare non posse. Joã. an.

b ¶ Bigamos. Uere vel interpretatiue: vt q2 duas vxores habuit. (1) Uel cũ vidua vel corrupta 9traxit. s. e. de bigamis. xxvi. dis. deinde et hoc verũ est d his q sic in minoribus ordinib9 cõtraxerũt: sec9 si in sacris. s. e. c. nuper. et c. a nobis Additio. Idem Guil. et Gar. Jo. mo. et Archidi. Boati. 3 q dicit in. c. d bigamis. s. eo. titu. q2 si sacerdos cõtraxit cũ vidua vl duo matrimonia successiue et postea cõmittit homicidiũ per hanc decre. puniretur p iudicem secularem. Jo. an. Additio. Et pcedit hoc etiã si secunda nõ fuit vxor ppt aliqd impedimẽtũ qd cõtrahẽs ignorabat: l3 Archi. hic 9tra. de hoc dixi. s. eo. ti. nuper. super ver. qstum in ipsis. Jo. an.

Bigamus de qs aliquñ vere aliquñ interpretatiue.

¶ De officio vicarij. Innocentius. iiij.

¶ Succedens officialis excõmunicati excommunicatus non est nisi in crimine dãnato communicet: illa autem q exercet illo excõicato manẽte non valent: si iurisditione solũ ab eo recepta hoc facit Joan. and. Capitulũ primũ.

Romana ecclesia: et infra. Cũ Remensi. archiepiscopus in officialem alicuius suffraganei

c ¶ Omni priuilegio. Qd multiplex est. xvij. q. iiij. si quis suadẽte. s. de fo. 9pe. c. ij. et hoc q ad psonã. Item q2 nõ vexent aliqb9 vexationib9 in psonã vel reb9. C. de epis. et cle. l. j. et ij. et l. generali. et s. de vi. et ho. cleri. ca. vlt. et ideo dicit. oi priuilegio. et cõprehẽdit etiã priuilegium fori. et hoc sequetur.

Bigamus pdit oia priuilegia clericalia

d ¶ Addictos. i. astrictos. C. de epis. au. l. addictos.

e ¶ Cõsuetudine. Que erat in quibusdã locis francie. nõ ergo valet cõsuetudo in hoc casu. sicut nec in illis. s. de cõsue. cap. j. et ij. s. de elec. q2 sepe. de qua dic. vt. viij. di. frustra. de cõsue. ca. vlti.

f ¶ Anathemate. Interminatio est: non canon late snie. qd pbat d iurepa. relatũ. de q dic. vt. s. de sagit. c. vno. de simo. sicut tuis. et p Jo. lxiij. dist. salonitane. Additio. Posset ergo excõicari vt hic propter penam xi. q. iij. nemo epox. Itẽ extraordinarie puniri. in auc. de san. epis. § penul. C. de epi. audi. l. minime. institu. de iniur. § j. Jo. an.

Excõicatõ nõ fert ipo iure p hec verba sub anathemate p hibemus.

¶ De officio vicarij. ¶ Dictũ fuit supra p discursum titulox precedentiũ de pmotione clericorũ ad beneficia eccl'iastica: verũ q2 sic pmoti quandoq3 habẽt sub se vicarios: ideo ad nos informandum annectitur rubrica de officio vicarij.

Continuatio.

Romana. ¶ Snia excõicationis in aliquẽ pmulgata ex culpa ppria nõ est ad eius vicariũ extẽdẽda. h. d. fm 3en. Et tria facit fm Jo. mo. Primo statuit. Secũdo rationẽ ponit. tertio tacite qstioni respõdet. Secũda ibi: cum nõ. Tertia ibi: ea tñ. Joã. mo.

Sũmarium.

diuisio

¶ Casus. Cũ archiepo Burdegalen. officialẽ Picta. excõicat aliqua roabili cã officialis picta. nõ põt exercere iurisditionẽ epi Picta. Ponam9 q2 officialis ipse excõ-

Casus lfalis d. helie

municat⁹ aliquē sibi substituit: vtrum ipse substitut⁹ sit excōicat⁹ exercendo iurisditionē epi Picta. R̄ndet q̄ non nisi sit participans cū officiali in crimine dāna to. c. si ɔcubine. de sen. ex. in an. vbi dr̄ q̄ participans in crimie ꝓpter qđ aliq̄s fuit excōicat⁹: incurrit maiorem excōicatio- nem. Sꝫ qđ po- namus q̄ substi- tutus exercet iu- risditionē ipsi⁹ officialis: an va leāt gesta p̄ ipm̄ officialem? R̄n. ro. pon. cū distin- ctiōe: qꝛ aut iste substitut⁹ susce pit iurisditionē ab officiali excō municato: ⁊ tūc nō valent gesta per istum substi

dicit. Vel hic nō dicit̄ q̄ officialis ip̄e officialem dede rit: sed ep̄s aliū officialē dedit excōicato: primo queri tur an excōicat⁹ sit scđs? et videbatur q̄ sic cum lata esset sentētia in officialē: ad hoc respondet. Queri so let quid si quis delegauit cām: postea excōmunicat̄:

sui excōicatiōis[a] sn̄iam ex ali qua rōnabili[b] cā ꝓferat illos q̄ vices ipsius[c] gerunt ꝓpter hoc[d] excōicationis vinculo nō astringit. ¶ Cum non cōi cēt ob id[e] officiali eidē in cri mine[f]: q̄[g] ecclesiastice censure districtione ꝓ eo q̄ suū exer- cent officium non artantur. ¶ Ea tn̄ q̄ ipi[h] gerēdo hm̄ōi vices[i] agūt eo talit[k] excōica- to manēte (si iurisditionē tn̄[l] recipiūt[m] ab eodē) nō p̄nt ob tinē vigorē[n]. Bonifaci⁹. viij.

¶ Ex generali commissione non potest officialis inqui- rere: corrigere: deponere: et punire subditorum excessus.

Licet in offi- Cap. ij.

hoc dicit. Ioan. and.

nunquid expira uit delegati po- testas. de hoc re curre. s. đ of. de lega. licꝫ. ⁊ q̄ nō expiret bene fa. j. ti. pr. si secul. si vo ep̄s ē excōi cat⁹: nec ip̄e: nec ipsius officialis (cū eoꝝ idem sit ɔsistoriū) de cau sis cognoscent: quid ḡ tūc fiet? adeat papa vt ꝓuideat. s. eo. lib. de supplen. negli. prela. ca. j.

Epo ex cōicato an offi- cialis possit đ causis cogno scere.

tutū: qꝛ si officialis non valuit p̄ se exercere iurisditio nē: nec etiā potuit aliis cōmittere. aut substitutus ab alio suscepit iurisditionē ⁊ nō ab officiali excōmunica to tūc valebūt gesta p̄ ip̄m. Alij intelligūt q̄ officialis excōicatus de facto substituit aliū officialē: qđ facere nō pōt. l. pretor. ff. de iurisdi om. iudi. ⁊ talis substitu- tus de facto ab officiali excōicato nō est excōicat⁹: sed tamen non valent gesta per ipsum. ¶ Nota primo ex hoc. c. q̄ quis sine causa rationabili non dꝫ excōicari. vn̄ excōicatio nō fert̄ ab hoīe nisi pro inobediētia vel cōtumacia. ⁊ lꝫ delictū precedēs sit cā mediata: tn̄ cō- tumacia est causa imediata excōicatiōis. ¶ Nota in- super ex hoc textu iūcta glo. q̄ officialis epi pōt excōi cari nomine dignitatis: ⁊ tn̄ excōicatio non extēditur ad successores nisi participarent cum excōicato in cri mine dānato. vt dicto ca. si concubine. alle. qꝛ tunc in currerēt maiorem excōicationem. ¶ Nota q̄ ep̄s ex- cōicatus non pōt exercere ea que sunt iurisditionis: ⁊ sic non pōt conferre beneficia: qꝛ collatio beneficioꝝ est iurisditionis. c. transmissam. de elec. in anti. Sed vtrū capl̄m vel supior possit tūc ɔferre bn̄ficia vacan tia? Certe nō. ca. qꝛ diuersitatē. de cōces. p̄bē. in anti. qꝛ collatio bn̄ficioꝝ nō deuoluit̄ ad capl̄m vel supiorē nisi data negligētia: sꝫ nō ep̄s excōicatus non pōt di- ci negligēs: qꝛ etiā si ipse vellet conferre non posset.

Notabilia.

a ¶ Excōicatiōis. maioris. nā excōicatus minori ea q̄ sūt iurisditiōis exercet. vt. s. đ cle. ex. mi. si celebrat. ¶ Glosa seq. reci. per questionem.

Excōicat⁹ mi nori p̄t iurisdi tionem exercē.

b ¶ Rationabili causa. Aliter non debet ferri excōi cationis sententia. j. de sen. excōi. cū medicinalis. ⁊ po tuit esse rationabilis causa cū officialis epi peccat in his q̄ sunt iurisditionis: qꝛ idem est consistoriū epi et sui officialis: tunc archiepi eos sicut ep̄os punire pos sunt. j. đ ap. romana. j. rn̄. Si vo officialis epi aliquid possideret vel faceret vt priuat⁹: tūc archiep̄s eū pl⁹ punire nō posset: nisi sicut alios subditos epoꝝ in ca- sibus nota. s. de offi. ordi. pastoralis. ⁊ hoc ꝓbat̄ j. de fo. compe. roma § ij. ⁊ vlti. ¶ Glosa seq. primo litteram exponit. secundo format duas questiones ⁊ illas soluit.

c ¶ Ipsius. officialis vel officialat⁹. nec putes q̄ of ficialis aliū officialē gn̄alē dare possit. ad hoc. s. eođ. clericos. vbi de hoc per Hostiē. ⁊ Bar. licet specialem causam delegare possit ⁊ etiā plures. ff. de iudi. l. cuꝫ pretor. posito tn̄ q̄ gn̄alem officialē dederit: sicut in- terdū fit de facto: ille tamē excōicatus non est: vt hic

Officialis epi an pos- sit dare aliū of- ficialē.

d ¶ Propter hoc. s. q̄ gerunt vices officialis ex com missiōe epi vel ipsius officialis facta ante excōicatio- nem. vel dic vt. s.

e ¶ Ob id. s. q̄ gerunt vices eius.

f ¶ In crimine. Qꝛ tunc eadem sententia sunt liga ti. s. de sen. excom. si concubine.

g ¶ Qui. ita cōstrue. qui. s. officialis nō artat̄ distri ctione cēsure ecclesiastice: ⁊ pro eo q̄ suum. ⁊c̄. ergo si ideo essent excōicati: tunc successores eadē sententia ligarent̄. pone in terminis excōicauerat archiep̄s ep̄m monuerat officialē q̄ de causis nō cognosceret: q̄ non desinebat: excōicauit eū: successor participauit in cri- mine dānato vnde ligatus est. ¶ Alia lr̄a est in plura li: exercent ⁊ artātur. quasi dicat. eo q̄ vices gerētes exercent officialis officium: non ligantur sententia. Additio. Idē fm̄ Inno. in illo qui in officialatu sibi deseruit: vel stat iuri coram illo. Io. an.

h ¶ Ipsi. s. vicarij officialium.

i ¶ Vices. officialis saltem nunc excommunicati.

k ¶ Taliter. al's tū. al's tn̄. ⁊ dic taliter. i. etiā ꝓpter aliā causam: non propter officialitatem.

l ¶ Tn̄. Ergo si ab ep̄o sec⁹: qꝛ officiali excōicato si ep̄s alij cōmittat/tenet cōmissio: vt superius dixi.

m ¶ Recipiunt. de facto: qꝛ de iure ille iurisditionē demādare non pōt qui excōicatus est. xxiiij. q. j. audi uimus. de re iudi. ad ꝓbandum.

n ¶ Vigorē. Nō eñ potuit excōicat⁹ qđ non hēbat cōmittere. j. q. vij. daibertū. de iurep a. q̄ aūt. In casu tn̄ excōicatus vtitur iurisditione. j. de here. ꝑsidētes. ⁊ est specialis casus in odium heresis.

¶ Glo. seq. diuidit ⁊ dicit vn̄ tracta et qđ approbat.

Licet. ¶ Primo ponit dictum. Secundo excipit ibi: nisi. Io. an. Et fuit decre. tracta de quadam extrauagāti Alex. iiij. q̄ incipiebat: dudū. vbi quidaꝫ officialis epi abbatem deposuerat: qui appellauit ad archiep̄m: ⁊ officialis archiepi sententiam confirma- uit. appellatū fuit ad papā: et papa p̄dictas sn̄ias in- firmauit. ¶ Qđ hic dicit̄ tenebat Hostien. de insti. ex frequētib⁹. Additio. Et Guil. in spe. de inquisi. ad si. j. col. Io. an. Additio. Per hāc glo. soles ponere exē plū in decr. cām. ij. de iudi. q̄ similitudo cause reddit iu dicē suspectū q̄nq̄ vt ibi scripsi sup̄ v°. pene. Io. an.

diuisio

¶ Casus. Ep̄s Pictauen̄. fecit ⁊ creauit sub terminis generalib⁹ Titiū suum officialē iurisditionis: vtrum Titius officialis virtute generalis ɔmissionis recipi

Casus Falis d. helie

at potestatē ab episcopo inquirēdi crimina ꝛ punien di excessus? Rñdet ꝙ nō: nisi in cōmissiōe habeat spe cialē ꝛ liberā facultatē corrigendi crimina ꝛ puniēdi excessus. sed pro istis criminibus esset recurrendū ad epm: ideo libellans in criminibus qui litigat corā offi ciali dʒ dicere in suo libello corā vob' officiali spe cialiter constitu to ad inquirendū excessus: puniendū: deponēdum. ⁊c. nā ista tribuūt sibi potestatem.

¶ Glo. se. rect. p q. ꝛ solu. cui' ponit epi. Juam.

a ¶ Officialē. Qui intēdū missus dñic' appellat. de reg. ca. ij. ꝯ frigi. ꝛ malefi. c. j. Officiał iste

cialem[a] episcopi[b] per commissionem officij generaliter[c] sibi factam causarum cognitio transferatur / potestatem tamen inquirendi: corrigendi: aut puniendi aliquorum excessus: seu aliquos a suis bñficijs vel administrationibus amouendi transferri nolumus in eundē. ¶ Nisi sibi specialiter hec committantur[d]. Idem.

¶ Ex generali commissione officialis beneficia conferre non potest. Joānes andree.

¶ Capitulum tertium.

Cum in generali concessione nequaꝗ̄ illa veniāt que non esset quis verisimiliter[e] in specie concessurus[f]: nec regulariter[g] donare valeat is cui bonorum administratio etiam libera[h] est concessa: officialis aut vicarius generalis episcopi beneficia conferre non possunt[i].

Officialis epi hʒ iurisditionē ordinariam.

ordinariā hʒ iurisditionem. interponit eīn decretū in alienationibus rerum minorū ꝛ emancipationib': et oīa q̄ ad iurisditionē ꝑtinent expedit. C. de offi. eius q̄ vices al. iu. ob. l. ij. (j) ꝛ. j. de iudi. c. vl. ſʒ talia cū cause cognitionē requirant ſm leges non delegantur. ff. de offi. ꝓcon. l. nec q̄cꝗ̄. ꝯ. j. ergo sequit ꝙ ex iurisditione ordinaria hoc facit non ex delegata ſm Inno. et Hosti. qui hoc no. ꝭ. e. ti. sua. ꝛ Guil. in spe. de ordi. in ꝑn. Gof. ꝭ in summa isti' ti. ꝑmū tene. ꝛ adde rōnē decre. ꝭ. eo. li. de cōsue. ca. ij. ꝛ qđ ibi dixi. licet aūt negari nō possit eos iurisditionē habere ordinariā: tñ non in oībus recurritur ad eos sicut ad dātes. hinc est ꝙ de casibus hic. et. j. ca. ꝓxi. exꝑssis sine speciali mandato se non intromittūt: nec etiā de spūalibus: vñ lr̄as cōmēdaticias ad ordines dare non pñt. vt. ꝭ. e. li. de tēpo. ordi. cū nullus. ꝯ. j. Nec officialis archiepī ꝑsente vel vicino archiepō in suffraganeū excōicationis / suspensionis / vel interdicti fert snīam. j. de offi. ordi. c. j. l fine Additio. Ubi hoc tenet Accur. Jo. an.

b ¶ Epi. vel cuiuscūꝗ̄ alteri' cū eadē sit ratio.

c ¶ Gnalit. Non ꝭ tantū valet gen' quo ad singula ꝗ̄tū spēs. de hoc. xxiij. di. ꝗ̄cꝗ̄. ꝭ offi. ordi. si sacerdos.

¶ Glosa ista querit ꝛ soluit.

d ¶ Cōmittanř. Sʒ pone epē dedit vicariū gnalem ꝛ in mādato exꝑssit aliqđ de istis qđ requirit speciale mādatū secuta clausula gnali ꝛ oīa alia q̄ per nos possumus etiā si mandatū exiguāt speciale: qrit an talis oīa specialia possit? ꝛ dixit Hostie. ꝭ. de offi. archi. significasti. ꝑ ipam decre. ꝛ ꝑ decre. sedes. ꝭ. de rescꝑ. ꝛ ꝑ l. ff. si quis cau. sed ꝛ si. ꝯ. quesituʒ. ꝛ ꝑ ea q̄ not. de cōmo. c. vno. ꝙ oīa poterit. qđ satis vr̄ ad instar ꝓcuratoris. vt. j. de ꝓcu. qui ad agēdū. ꝯ. j. secus si aliqđ de specialibus non exꝑssum fuisset: vt ibi. j. rñ.

diuisio Dicit qđ declarat. Casus Ifolio. d. helie

Cum in gnali. ¶ Premissa duplici rōne ponit dictū. a quo scđo excipit ibi: nisi. Jo. an. Declarat no. per Gof. Inno. ꝛ Hostien. de ꝑben. dilecto.

¶ Casus. Epe pictauēn. Titiū suuʒ officialē siue vicariū in spūalib' ꝛ tꝑalibus cōstituit creauit ꝛ ordinauit. Certū est ꝙ virtute generalis commissionis ipse Titius officialis non recipit potestatem inquirēdi ꝛ puniendi excessus. vel deponēdi. vt dixi. ꝭ. c. ꝓx. Sed nunquid virtute generalis commissionis recipit potestatem conferēdi beneficia spectantia ad suam collationem? Respondet ꝙ non: nisi collatio beneficiorū ei specialiter committatur. ¶ Nota ꝑmo ꝙ in officialem ex generali cōmissione transit iurisditio in causis ciuilibus: sed virtute generalis cōmissionis non habet potestatē inquirendi ꝛ corrigendi crimina: nisi ei spāliter mandetur potestas inquirendi / corrigendi / ꝛ puniendi excessus.

Notabilia

¶ Nota vlteri' ꝙ collatio beneficiorū vocař donatio. sed cōtra hoc facit: qꝛ donatio nullo cogēte imperio ex mera liberalitate ꝯferř: sʒ collator compellit cōferre beneficiuʒ vacās infra sex menses: alr̄ ꝑdit ꝑtāte conferendi: igiř. ⁊c. Dicendū ꝙ collatio beneficiorū vno respectu est donatio: videlʒ in cui cōferendo: puta mihi vel tibi vel illi. sed alio respectu ſʒ in conferendo simpliciter nō dicit donatio: cum ista collatio fiat aliquo cogente impio: ne ꝑdat potestatē conferendi elapsis sex mensib'. Ex quo sequiř ꝙ si ille in quē fit collatio sit ingrat' nō pōt repelli: lʒ secus sit in meris donationibus ciuilibus. ca. pe. j. de dona. l. fi. C. de reuocan. dona. ¶ Nota ꝙ ꝓcurator olim bonorū cum libera administratiōe ꝛ gnali ꝑtāte vt possit facere ea q̄ cōstituēs faceret: non pōt donare bona spectantia ad dñm: qꝛ in tali gnali commissione est intelligēda ista clausula excepta alienatione bonoꝝ nr̄orū gratuita. ¶ Nota principalem effectum hui' ca. ꝙ vicari' epi nō pōt ꝯferre bñficia nisi ad hoc epē dederit ei specialem ꝑtātem. Utrū epē possit alicui dare facultatē cōferendi bñficia ad collationem ipsius spectantia? Dicendū ꝙ sic vt hic dꝛ. sed nō intelligiř ꝙ epē possit dare ꝑtātem ad conferendū bñficia ꝓxime vacatura: qꝛ fieret fraus cōcilio gnali ne conferanř beneficia ꝓxime vacatura: quod est contra vicariat' speciales qui communiter dantur.

Collatio bñficioꝝ an sit donatio.

e ¶ Verisilr. No. inspiciēdū qđ est verisilr. ꝓcot. ꝭ. ti. ff. c. vlt. ꝛ hʒ hoc locū etiā vbi est generalitas: vt hic ꝛ vbi est obscuritas. vt. j. de regu. iur. inspicimus.

f ¶ Cōcessurus. Ad idē. j. de pe. ꝛ re. si epē. ꝛ. j. de regu. iur. in generali. cum suis concor. Et idem in obligatione. C. que res pig. obli. pos. l. j.

¶ Glo. seq. ponit tres casus contra regulam.

g ¶ Nec regulariř. Scđa rō hui' dicit: ꝛ ideo dicit regulariř qꝛ casualiř secus: vt si iusta rōne motus donauerit: vt puta magistro: vel si donare ei ꝑmissuʒ sit vel rōne ipsius ꝑsone cui cōcessa est administratio: vt sit fili' senatoris. ff. de admi. tu. cū plures. ꝯ. in ꝑmis. ff. de tute. ꝛ ra. di. l. j. ꝯ. j. ꝛ. ff. de dona. l. filiusfa. j. rñso. ij. ꝛ. iij. de hoc no. ff. de pac. contra iuris. in fi.

Liberā hñs administrationem an possit donare.

h ¶ Libera. In cōferendis bñficijs est liberalitas in cui dando: sed non in dando ſm ea q̄ no. ꝭ. de ꝑben. relatum. ꝛ ca. inter cetera.

¶ Glosa seq. oppōnit de duob' capitl̄is quib' rñdet.

i ¶ Non possunt. In cōtrariū videbař ꝑ decre. ꝭ. de insti. ex frequentib'. ꝛ. ꝭ. de preben. dilecto. sed illa iura non obstāt: qꝛ in decre. ex frequentib' non dꝛ ꝙ offi

ficiales possint cōferre: sed ꝗ possint cōfirmare. et hec sunt diuersa: vt ptz in. c. sede vacante. qđ bene confirmat ab epo cōfirmandos. de maio. ꝛ obe. cū olim. ĵ. de insti. c. ij. ꝛ tn̄ nō cōfert beneficia ad solius epi collationem spectantia. ß. e. ne se. vacā. illa. ꝛ. ĵ. eo. titu. c. vno. ad idē. ĵ. de preben. cum in illis Decre. dilecto/ non dicit ꝙ approbatio ibi facta per generalem procuratorem valuerit.

a ¶ Cōmissa. No. pro his que no. Joan. Ber. ꝛ Hostiē. ß. de cōces. prebē. constitutus. dixerunt enī ꝙ eps nō potest specialiter cōferre collationē alicuius prebēde q̄ nondū vacat: qꝛ id posset fieri in fraudē vacaturarū. qꝛ cū nō posset nucꝑ pmittere primā vacaturā daret fratri vel amico meo ptātem conferendi primā. ꝛ hoc esse non pōt. ꝛ sic intelligit decre. pdicta cōstitutus. in fi. Sed gn̄aliter cōmittere collationē beneficioꝝ ad se spectantiū bene pōt. (i) vt hic. et. xvj. qđ. j. statuimus. Et ppetuo etiā posset hoc ius cōmitti alicui dignitati/ vel in gn̄e. vt. ß. de insti. cū venissent. vel in specie. vt. ß. de dona. pastoralis. xvj. q. ij. visis. Additio. Tene qđ scripsi de censi. cū venerabilis. sup fi. ij. glo. Nitamen hoc puto. Jo. an. Additio. j. Et que facit vicarium super quo vide qđ no. ĵ. titu. ij. c. pe. in fi. antepe. glo. ꝛ. ĵ. de preben. statutum. in glo. fi. Joan. and.

Epus an possit committe spāliter collationē alicuius bn̄ficij vacaturi.

¶ Nisi beneficiorum collatio ipsis specialiter sit commissa[a].

¶ De officio et potestate iudicis delegati.

Innocentius quartus.

¶ Conseruator a manifestis defendit iniurijs: et iudicialem indaginem non exercet. Capitulum primum.

¶ De officio ꝛ ptāte iudicis delegati. Superiori ti. dictū fuit de offic. vica. verū qꝛ iudex delegatꝰ gerit vices iudicis delegantis: ꝛ quodāmodo dr eiꝰ vicarius qtū ad cām sibi cōmissam: iō post rubricā precedentē ponit hec rubrica de officio ꝛ ptāte iudicis delegati.

Continuatio dn̄i hen. lyc.

Statuimꝰ. ¶ Sūt due ptes. In pria pmissio. i. scda ibi: nec ad aliā phibitio. Jo. an. ¶ Casus. Romanus pōtifex aliquos religiosos vel alios/ exemit a potestate iudicis ordinarij et eos recepit in sua tutela et custodia dando eis cōseruatores. querit de potestate istorū conseruatorū? Respōdetur ꝙ potestas eorū in hoc cōsistit vt illos quibus sunt deputati defendant a manifestis iniurijs. Sed quid si iniuria non sit manifesta: sed requirit plenā cause cognitionē: vtrū conseruator possit se impedire? Respondet ꝙ non: sed pro hoc recurrēdū est ad ordinariū. Et ista vera sunt nisi in priuilegijs istorū religiosoꝝ vel aliorū quibus dati sunt conseruatores: aliud diceret. videlz vt possent cognoscere de iniurijs ꝛ alijs causis: etiam si require rent iudicialē indaginē: et cōiter in priuilegijs apponitur illa clausula. ¶ Nota primo ꝙ officiū conseruatorū estꝰ defendere illos q̄ eis cōmittūtur a manifestis iniurijs ꝛ violentijs. ¶ Nota insup ꝙ conseruatores simpliciter deputati non possunt se impedire de his q̄ sunt occulta et dubia. Sed quid si offensa manifesta negetur: vtrū cōseruator possit cognoscere an sit manifesta? Respondet glo. ꝙ sic. alias quilibet posset impedire iurisditionē ipsorū conseruatorum: qꝛ quilibet conuentus semp negaret iniuriā manifestam. Unde qn̄ dubitat de iurisditione alicuius iudicis: ad eū iudicem spectat cognoscere an cognitio ad eum spectat vel non. l. si quis. ff. si quis in ius voca. non ierit.

Diuisio

Casus fa. dn̄i hen. lyc.

Notabilia.

¶ Glo. seq. red. per sex questiones.

b ¶ Conseruatores. Qꝛ materia cōseruatorū in titu. isto hic. ꝛ. ĵ. c. proxi. ꝛ. c. vlti. posita est: nota cōseruatores delegatos esse. ꝛ vt dicebat Ber. de istis conseruatoribus piura antiqua parū vel nichil habebamꝰ.

Cōseruatores sunt iudices delegati.

Statuimꝰ vt cōseruatores[b] quos plerūqꝫ cōcedimus/ a manifestis iniurijs et violētijs defendere[c] possint q̄s eis cōmittimus defendēdos. ¶ Nec ad alia q̄ iudicialē indaginē[d] exigunt

Possunt tn̄ dici cōseruatores epi qui habēt cōseruare ꝛ defendere viduas pupillos ꝛ orphanos. (i) ab oppressionibus ꝛ iniurijs de fo. compe. ex parte. b. ꝛ ca. ex tenore. lxxxvij. dis. c. j. ꝛ. ij. xxiij. q. v. administratores. Scire debes. (ii) ꝙ isti cōseruatores interdū danē vt aliquos defendāt ꝯ latrones vel pdones: interdū ꝯ eos q̄ coꝝ priuilegia infringunt. interdū latius: vt defendant ab iniurijs ꝛ offensis. ꝛ in nullo dictoꝝ casuū habēt iudicialē indaginē: vt hic. ꝛ. ĵ. e. c. vlti. De manifestis ģ solūmodo habent cognoscere. Et intellige manifesta illa q̄ notoria sunt q̄ ita patētia ꝙ nulla probabili tergiuersatione celari pn̄t. vt dr ꝟbo. sig. ex pte. de coha. cle. et mulie. c. vlti. Sed qd si negeē offensa notoria? negatiōe videē fieri res dubia. C. qui. ad liberta. pcla. nō li. l. iij. Dic ꝙ bene pbationes recipiet ꝯseruator an factū sit notoriū: vt sic videat an sua sit iurisditio. ff. de iudi. si quis ex aliena. ß. de rescrip. sup litteris. alś enī istorū officiū esset inutile. ꝛ si inueniet factū notorium pcedet. alś desistet. nō enī habet potestatē simpliciter defendēdi iniuriā sed qualificatā notoriā scilz. habet ergo cōseruator vocare reū. ꝛ si cōfiteatur factū bene quidem si neget: super notorio pbationes recipiat. si aūt confiteaē factū: sed dicit se id suo iure fecisse. dicunt quidā ꝙ vlteriꝰ se intromittere nō dꝫ. Alij ꝯ dicentes ꝙ probatiōes recipit sup notoria offensa. ad hoc. ß. de elect. bone. alś facile esset cōseruatoꝝ officiū deludere. vnde si videaē cōseruatori pbabilis negatio nō pcedat alś puniat sicut notoriū. Dicebat autē olim. Ber. ꝙ sicut delegatꝰ recusari poterat: sic ꝛ cōseruator. postea mutauit dicēs: ꝙ qꝛ in notorijs nō admittiē recusatio vel appellatio: cōseruator aūt nō cognoscit nisi de notorijs: ergo recusari nō poterit. ß. de ap. proposuit. et. c. cū sit. Dicit etiā talem conseruatorem inuocare posse auxiliū brachij secularis. ß. de offi. ordi. c. j. ꝛ ca. qm̄. et. xxiij. q. v. administratores. Additio. A tēpore Inno. hoc tenentis. ꝛ hoc placet Hostiē. ꝛ Archi. ꝛ ex eadē ratione dicebat Inno. ꝙ pcedere poterit parte per contumaciā absente. remittit ad no. de coha. cler. ꝛ mulie. vestra. Jo. an. Additio. j. Et alias psonas miserabiles. ß. de censi. lꝫ. ß. e. significātibus. Joan. an. Additio. ij. Inno. ꝛ Hosti. Joan. and.

Cōseruatorū qt sūt species.

Cōseruatores cognoscūt solū ð violentijs et iniurijs manifestis

Cōseruator an possit vt suspectꝰ recusari

Cōseruator pōt inuocare auxiliū brachij secularis

¶ Glo. se. declarat an iniuria cōmissa ꝛ cōmittēda ꝛc.

c ¶ Defendere. Hoc intelligi pōt de cōmissa ꝛ committēda. pone enim paratos ad exercitiū et violentiā inferendam illis quorum conseruator est: prohibere poterit excōmunicare ꝛ punire. de sen. excō. sacro. ꝛ. ĵ. eo. titu. romana. § caueant. In cōmissa defendet per districtionem ecclesiasticam compellendo iniuriatores vt satisfaciant leso. et etiam seculare brachiū inuocando: vt superius dixi.

Cōseruator pōt defēdē non tm̄ ab iniuria cōmissa sꝫ etiaꝫ a cōmittenda.

d ¶ Indaginem. id est cause cognitionem: seu ipsiꝰ

examinationē: q2 dubia sunt. ⁊ si de talib⁹ se intromit tūt: penā incurrūt de qua. j. eo. c. vlti. §. vt aūt. nec valet qđ agitur. vt ea. decre. §. vlti. que est glo. istius.

Diuisio. ¶ Quia pōtificali. ¶ Premissa cā ponit ↄstitutionē l gnē quā scđo specificat ibi: ita q. tertio excipit ibi: nisi. Jo. an.

Dicit qđ exēplificat. Exēplificat qđ habet. s. eo. sane. ij. ⁊ ca. pastoralis. in prin. Additio. Guill. hanc decre. allegat sub ti. de pri ui. In spe. đ sen. pla. §. vt autem v. q̄ñq3. Jo. an.

Additio dñi helye. ¶ Istud. c. emanauit ad declarationē. c. sane. ⁊ ca. pastoralis. eo. tit. in an. vbi dicit q̄ iudex delegat⁹ potest rebelles cōpumere ⁊ coercere epi scopos si nō obediāt in eis q̄ spectāt ad suā iurisditionē. tñ deferre v3 dignitati ep̄ali ⁊ mitigare illas penas. istud. c. ponit q̄ ordie mitigare d3 illas penas.

suā possint extēdere ptātem: Alexander quartus.

¶ In coactionibus et penis pontificali dignitati deferẽ. Capitulum .ij.

Quia pontificali dignitate pditis[a] ob reuerentiam sacri officij[b] qđ exercent plurimū deferri conuenit: et eos plus alijs honorari decet[c]: vt cū a iudicib⁹[d] vel ↄseruatorib⁹ a se. apo. deputatis cōtra eos ad coactiones aliquas siue penas fuerit procedendū gradus ⁊ modestia in huiusmodi pcessu seruetur. ¶ Ita q (eis quadam condigna reuerentia supportatis) igressus[e] primo ipsis ecclesie vel sacerdotale[f] interdicatur ministeriū: ac deinde ab officio suspendantur: subsequenter aggraueẽ cēsura ecclesiastica contra eos. ¶ Nisi forte aliter[g] fieri suaserit nimia cōtumacie pteruitas/ siue culpa. Bonifacius octauus.

¶ Delegato procedente cum duob⁹ subdelegatis nō in totū ad papā non ad cōdelegatos appellari d3. h. d. Joan. an. Cap. iij.

Casus lr̄alis dñi helye. ¶ Casus. Delegatus pape cām subdelegauit ep̄o p̄dicta. ep̄s nō vult acceptare. certū est q̄ delegatus pōt eū punire: sed tñ d3 mitigare penā. Sed querit quam mitigationē d3 ipse delegatus seruare? R̄ndet q̄ nō d3 ab initio ep̄m excōicare: sed d3 ei primo interdicere ingressum ecclesie: postea si illā penā cōtemnat d3 eum suspendere ab officio sacerdotali. postea pcedere ad penas grauiores. tñ si delegat⁹ primo pcesserit ad excōicationē teuet excōicatio: l3 nō bene faciat. q2 iste tex. loquiẽ de honestate. verūtamē posset esse tanta cōtumacia q̄ delegatus inciperet ab excōicatione.

a ¶ Preditis. i. pre alijs dotatis. Additio. Archid. exponit. i. sublimatis et ornatis. Joan. and.

b ¶ Officij. concor. j. de senten. excō. q2 periculosum et. xj. q. iij. absit.

c ¶ Decet. Inspicim⁹ qđ deceat. sic. s. eo. li. de elec. cū nō deceat. cū suis concor. Additio. Et decētia proprie respicit honestatē. s. de vo. magne. Jo. and.

d ¶ Judicibus. potest referri ad hoc quod. j. sequitur deputatis. vel puncta hic. ⁊ iudicib⁹ quibuscūq3.

Additio. [Idem Archidia.]

e ¶ Ingressus. Et si durante tali interdicto in ecclesia solēniter celebrat: irregularis efficitur. j. de sentē. excommunica. is cui. Et ibi dicam quod hic dicit Archidia.

¶ Glo. seq. obijcit ⁊ dupliciter soluit.

f ¶ Sacerdotale. sine quo pōtificale officiū exercer i nō potest. s. de exces. prela. ex litteris. Sed videẽ q̄ ab ipso principio isti arti⁹ q̄ reliqui puniri deberēt v. q. vlti. presbyteri. que est lex. C. de episco. et cleri. l. presbyteri. vbi dicit q̄ multo maiori pena sunt digni: quib⁹ cū plurimū honoris per nostrā iussionē delatū est: occulto repertiūtur in crimine: lex illa loquitur de illo qui deliquit in eo in quo honorabaẽ sc3 in sacerdote. Qui in testimonio dicēdo honoraẽ vt nō torqueaẽ: ⁊ ideo verū tacuit vel falsum dixit. Uel dic q̄ minor pena maior est i maiore fm ea q̄ no. de cleri. vena. c. j.

Ep̄i an grauī⁹ puniāẽ q̄ inferiores.

Additio. ¶ Scias q̄ suspensus a pontificalibus tm̄ in illis celebrando nō fit irregularis fm Guil. in spe. de leg. §. iust a. versi. quid si quis ep̄s. Jo. and.

Suspē sus a pontifi calib⁹ tm̄ an celebrādo in il lis, effi ciat irregular.

g ¶ Aliter. vt. s. nō supporteẽ tanta modestia: vt q2 iniurias vel contumeliosa verba profert in iudicē. s. de pe. dilectus. Quid si iudex nō fuata forma hui⁹ decre. statim excōicet vel suspendat ep̄m vel superiorem te net ne snia? dic q̄ sic. l3 reprehendēdus sit iudex q̄ hāc modestiā nō seruauit x. q. iij. ca. j. s. de sen. excō. sacro. Additio. Uide qđ dixi in decre. sane. sup ṽbo. interdicat. Jo. an.

Judex pōt punire p̄ferēte iniurias vel ↄtumeliosa ṽba in ip̄m.

Si duo. ex. ¶ Nō diuidit. Premittit q̄ si delegatus pape subdelegat non in totū facit gradū ita q̄ de eius subdelegato ad ipsum subdelegantē debeat appellari. vt. j. eo. si delegatus. ⁊ s. eo. sup questionū. Sed istud fallit in casu huius decre. Do. Edita est hec decre. ad declarationem eoꝝ q̄ no. Ber. Inno. ⁊ Hostien. s. eo. sup questionū. §. si ṽo. ad fi. Additio. Hanc decre. plixe glosauit Archidi. de glo. decre. sup q̄stionū. ⁊ de expeditis. j. e. si delegatus. que postea cācellauit. Jo. an. et Guil. in specu. de ap. §. nunc tractemus. ṽsi. qđ si tres. Jo. an.

Dicit qđ declarat.

¶ Si appellatum fuerit ab vno triū delegatoꝝ: non appellatur ad duos delegatos sed ad papam. h. d.

Sūmarium.

¶ Casus. Papa cōmisit cām tribus iudicibus delegatis: videlicet decano/ archidiacono/ et archipbr̄o. duo fuerūt impediti: vñ ipsi vices suas subdelegauerūt. q̄ subdelegati pcesserunt cū tertio delegato in tātū q̄ deuētū fuit vsq3 ad sniam: quā ↄ te tulerūt. vis ab illa snia appellare. vtrum possis appellare ad delegatos Uideẽ q̄ sic. q2 appellare vis a subdelegato. q̄ est appellandū ad delegatos: nisi in totū vices suas non cōmiserūt: sed aliqđ sibi retinuerūt. R̄n. ro. pon. q̄ l3 delegati subdelegauerint vices suas ⁊ non in totū: eo tñ q̄ illi subdelegati nō pcesserūt soli s3 cū tertio delegato q̄ est par illis delegatis iđo nō pōt appellari ad delegatos. Nā nō appellaẽ a pari ad parem. ⁊ ideo a subdelegatis est appellandū ad papā: ac si oēs delegati simul de cā cognouissent. Et sic si delegati i totū subdelegassent cām: nō appellareẽ ad delegatos. l. vnica C. qui p sua iuris. iudi. da. vel nō da. pos. fm lr̄am que habet. ad nos iure iudicia remanebunt: q̄ est cōis lr̄a l3 aliqui habeant in lr̄a: ad eos. ⁊ tūc ille tex. intelligiẽ qñ delegati subdelegauerunt in parte et non in toto.

Casus breuis ⁊ long⁹ dñi helye.

¶ Nota primo ex hoc. c. q̄ delegatus pape pōt subdelegare. l. a iudice. C. đ iudi. c. pastoralis. alle. l. ⁊ q2. ff. de iuris. om. iudi. ¶ Nota vlterius q̄ delegat⁹ pape subdelegando pōt retinere aliqđ de iurisditiōe: ita q̄ nō desinit oino esse iudex rōne cui⁹ est appellādū ad ip̄m delegatū: et iste est vn⁹ casus in q̄ nō pōt appellari ad papam omisso medio: ⁊ illud pcedit siue delegatus reseruauit sibi sententiam siue tantū executionē.

Notabilia dñi helye.

¶ Nota insuper principalem effectum huius .c. quod si aliqui delegati subdelegent: qui subdelegati procedunt cum uno ex principalibus delegatis: appellandum est non ad subdelegantes: sed ad papam propter mixturam partis respectu illorum subdelegatorum.

a ¶ Duo. Idem de uno et multo fortius: quia maior dubitatio est quando duo ex tribus subdelegant: et quando unus tantum. videbatur enim inspici debere maiorem numerum. quia ergo duo erant subdelegantes: et tertius delegatus: quia maior pars huius iurisdictionis subdelegata erat: non videbatur appellandum ad primum delegantem. sed secus est: ut hic vides. cum enim in hoc casu diversis respectibus emergant adversa: eligere debemus quod minus in se habet captiosis. ff. de reg. iur. quotiens. captiosum enim esset si de pari ad parem appellaretur. ad primum ergo appellari delegantem debebit. Additio. Dicit Io. mo. quod cum hoc casu simus extra .§. porro. qui est exceptio a regula illa .ij. q. vj. ad romanam. tenenda est regula hoc casu expresse non viciata. Io. an.

Duo[b] ex tribus a sede apo.[b] delegatis duobus[c] alijs non in totum[d] subdelegauerint vices suas: ipsique subdelegati cum delegato[e] tertio in causa processerint delegata si appellatur ab[f] ipsis non ad condelegatos[g]: sed ad primum delegantem tantummodo appellari debebit. Idem in eodem.

¶ Tres casus ponit in quibus suspitionis causa coram arbitris non tractatur. Primus cum recusatur unus ex delegatis datis cum clausula quod si non omnes. Secundus cum recusatur delegatus episcopi. Tertius cum recusatur officialis. Io. an. C. iij.

Si contra unum ex duobus[h] iudicibus cum illa clausula: quod si ambo interesse non possunt[i] alter eorum in causa[k] procedat: a sede apo.[l] delegatis suspitionis causa legitima[m] proponatur: causa ipsa suspitionis coram non recusato coniudice suspitionis probare: et utrum sint eligendi arbitri? Respondet quod non: sed illam causam suspitionis debebis probare coram suo coniudice. Et hoc verum quando illi duo delegati sunt dati cum clausula: quod si ambo. Si autem essent simpliciter dati tunc assumendi essent arbitri secundum iura antiqua: quia si non potest condelegatus cognoscere in principali: nec in accessorio. Sed quid si quis vellet recusare officialem episcopi: vel delegatum episcopi utrum sint eligendi arbitri? Certe non: sed est causa suspitionis probanda coram episcopo qui officialem delegauit. ¶ Nota primo quod cum causa est delegata duobus simpliciter: neuter eorum sine altero potest procedere: etiam in causis emergentibus siue incidentibus: sicut nec potest procedere in principali. unde recusatio est causa emergens: et tamen alter sine altero non potest cognoscere quando sunt dati simpliciter. Si autem dati fuerint cum clausula quod si non omnes. tunc tota iurisdictio apud alium remanet. non solum quo ad principale: sed quo ad emergentia et incidentia. ¶ Nota ulterius ex hoc .c. casus in quibus non recurritur ad arbitros pro causa suspitionis probanda. videlicet cum recusatur alter delegatorum. Item officialis episcopi vel eius delegatus et sic officialis non est delegatus episcopi: sed habet iurisdictionem ordinariam.

Nota bilia. d. helie

b ¶ Aplica. Ideo dictum quia delegatus ab alio non delegat. ex. eo. pastoralis. et .c. vlti. C. de iudi. a iudice.

c ¶ Duobus alijs. Idem si subdelegarent illi college. sed de hoc videbatur dictum. ex. eo. super eo. §. si vero. secundum unam lecturam quae ibi amplectenda est: quia si ibi quereretur de eo quod totum subdelegauerat: non erat quod quia per precedentia decisa erat.

Appellari debet a subdelegato in totum ad primum delegantem non ad delegatum.

d ¶ Non in totum. ideo dicit quia si in totum subdelegassent non esset questio: quia tunc semper appellatur ad primum delegantem. ex. eo. super questionum §. porro.

e ¶ Cum delegato. Nota quod si in rescripto esset clausula quod si non omnes: et duo committerent: tertius se excusaret nec committeret: in hoc casu ab illis duobus subdelegatis ad delegatos subdelegantes appellaretur: et non ad primum delegantem. cessat enim ratio. et hoc videtur voluisse hec littera.

f ¶ Ab ipsis. delegato et subdelegatis.

g ¶ Condelegatos. quia appellatio est de minori ad maiorem. et c. hic autem prius appellaretur de pari ad parem quod esse non potest. et adde quod dixi. ex. eo. li. de consue. ca. ij.

Divisio

Si contra. ¶ Sunt tria dicta quae patent. secundum ibi: cum autem. tertium ibi: idem est. Mo. Et reprobat primam glo. quod no. Inno. ex. c. cum super. et approbat quod ibi no. Hosti. et quod no. Inno. ex. c. cum sup. et probabatur olim per decisam ipsius decre. et ipse Hosti. ex. eo. sup questionum §. qui vero. et .j. de appel. legitima. et Guil. in spe. de recu. §. vlti. vero. quid si unus.

Ponit quod prima glo. declarat. Additio d. helie.

¶ Istud capi. emanauit ad limitationem iurium dicentium quod cum iudex recusatur ut suspectus sunt eligendi arbitri. fallit in tribus casibus hic enumeratis.

Casus secundum d. helie.

¶ Casus. In causa quam erat tecum habiturus impetraui a sede apo. duos delegatos. videlicet decanum et archidiaconum ecclesie Picta. cum clausula quod si ambo interesse non poteritis: alter vestrum negocium exequatur. accidit quod coram istis legatis feci te citari et obtuli libellum: cui petij per te responderi. Tu comparens proposuisti quod habebas unum iudicem tibi suspectum: quia erat consanguineus meus. vel cum consultus fuerat causam et opinionem suam dixerat: illa causa est probabilis: queritur coram quo iudice debeas illam causam

h ¶ Ex duobus. Idem si ex pluribus cum eadem sit ratio.

i ¶ Non possunt. Est ergo necesse quod de eius impotentia pareat antequam collega procedat. ex. eo. prudentiam. secus cum scribitur. ut .j. eo. cum plures. .j. responso.

¶ Glosa seq. obijcit et soluit.

k ¶ In causa. principali. unde non videbatur quod de impedimento cognoscere deberet. quod sibi commissum non videbatur: sed cognoscit an sua sit iurisdictio. ff. de iudi. si quis ex aliena. ex. de rescrip. sup litteris. sic et hic cognoscit an collega suspectus sit: ut sic videat an sit iudex sine illo ex culpe vigore.

l ¶ A sede apostolica. Idem videretur in delegatis ab alio. (l) Nec ob. .j. §. pri. quia ibi loquitur secundum hanc rationem ubi unus solus est delegatus. Additio. vel plures sine clausula Io. an. Additio. Nam et ordinarius et delegatus principis apponere possunt hanc clausulam secundum Gof. in summa huius titu. ver. item quid si ordinarius. nam et in compromisso apponitur. ex. eo. uno delegatorum. secundum Archi. punctum tamen glo. non tangit. Io. an.

m ¶ Causa legitima. Recusatur iudex propter unicam causam. s. propter suspitionem. .j. c. pri. sed illa ex multis causis insurgit. pone exemplum. ex. eo. causam que. et .c. cum R. et .c. insinuante. de iudi. causam que. ut lit. non contest. accedens .j. et .ij. de appel. ad hoc. et ca. postremo. cum similibus. Io. an. Additio. De quibus vide in spe. titu. .j. §. superest. Dicit hic Archid. quod iusta causa esset recusandi si procurasset sibi causam committi: vel si prius per actorem consultus respondisset cum ius habere p. l. pretor. ff. de iurisdi. om. iudi. alle. quod no. Inno. ex offi. ordi. irrefragabili: ut ibi dixi sup glo. vel per decanum. et dicta posita Hostien. .j. de appella. legatum. Io. an.

Suspitio sola iudicem recusari facit.

¶ Glosa seq. querit et soluit et ponit opi. Inno. secundo

querit. ar. p. et soluit cōtrariū. tertio obijcit et soluit.
i ¶ Potestatē. Si cōpromittentes dixissent ꝙ si nō omnes ꝛc. hoc possent duo. ꝛ hec decre. supplet. acsi ipsi dixissent. ꝛ est si. C. de rei vxo. act. l. vna. circa p̄n.

Additio. j. In casum absentie maliciose vel voluntarie. Joannes andree.

k ¶ Libere. Uñ si nolit interesse examinationi non tenetur ipsum in sententiā vocare per hanc litteram arg. ad hoc. ĩ. de do. ꝛ cōtu. cū qui. sed dic eum ad omnia citandum. arg. eius qð ibi dicam.

l ¶ Diuina. Ad hoc. C. de iudi. properandum. ꝟ. cū autem hermodicium. š. de do. ꝛ contu. veritatis. cum si. ĩ. de eo qui mit. in pos. c. vno.

¶ Glosa sequens soluit duas questiones.

m ¶ Pro p̄sente. Per hoc dico ꝙ nō est idē in duobus arbitris qð hic dicitur in tribꝰ: qꝛ si ex duobꝰ vnus se absentat maliciose: alter non potest ꝓcedere: qꝛ in tribus duo sunt maioꝛ ps. š. ca. pxi. preterea ille absens habeꝛ pro presente et cōtradicente: vt hic vides. ergo neutrius valet sententia. š. de re iudi. c. vlt. nā tūc valet sentētia presentiū in hoc casu qñ valeret eo cōtradicente: alꝛ nō ꝛ ꝑ hoc dico etiā ꝙ si in cōpromisso hoc actū est ꝙ non valeat ipsoꝝ triū arbitroꝝ sententia: nisi omnes concordent ꝙ non habebit locū decre. ista eadem ratione. Unde tunc locū habet hec decre. cum simpliciter sunt assumpti: vt. š. dixi. ĩ. ð testa. c. ij. in fi.

Iudicibus pluribus datis an possint alii qui sine aliis procedere.

Glosa seq. distinguit. demum querit & soluit.

a ¶ Circa iudices. pretestatio quedã vel tacite questionis rñsio. Circa eos & dic q aut sunt ordinarii/aut delegati. Si ordinarii: aut quilibet p se & insolidũ iurisdictionẽ hz: & tunc põt alter alteri puenire. s. de foro cõpe. c. pe. & no. s. de ap. vt debit⁹. aut nõ insolidũ. & p se sicut in capitulo vel sindico vl' ỏ his q̃ audiunt cãm pbri diaco. & subdiaco. in his casib⁹ omnes citare debẽt. & si due partes sunt presentes sufficit. ff. q cuiusq3 vniuer. plane. de decr. ab or. fa. l. iij. nisi in pdictis casib⁹ vbi cert⁹ reqrit nũer⁹. xv. q. vij. si autẽ. & c. felix. de re iudi. nõ põt. Aut sunt delegati: et tunc subdistingue. aut sunt dati simplr: & tũc vn⁹ sine alio non pcedit. s. de offi. dele. cãm mrĩmonij. aut cũ clausula: & tũc iterum subdistigue. qr aut cũ clausula ista vos vel alter vrĩn. aut cũ illa. q si nõ oẽs. In pmo casu tene qỏ habes. s. e. li. ỏ offi. dele. cũ plures. In scỏo qỏ habes. s. de offi. deleg. prudentiam. Sed queres quare ius diuersum inter arbitros simplr datos & delegatos simplr datos: vt p supiora patuit? Dic q ius qỏ minus dictũ est a ptibus supplet lex. sic als. ff. co. tit. itẽ si vn⁹ § principaliter. Iudices aũt maiori maturitate creant. vt. s. de rescrip. statutum. & ideo ius in eis supplere nõ vult. Idẽ in iudicib⁹ rigor attẽdit: qr clemẽtiores lege eẽ nõ debẽt. in auc. de iudi § opz col. vj. Arbitri aũt put visum eis est pnunciãt & plerũq3 eligunt amici. et pñt viles esse: & ideo ius magis circa illos puidere & ɔsiderare voluit. vt. s. i pn dcr. Additio. Uide. ff. de re iudi. põponi⁹. ff. ad munici. l. magistrat⁹. & qỏ ibi no. & qỏ no. i spe. de sen. pla § sequitur. v. quid si sunt. & § iuxta. post prin. Io. an.

Circa iudices[a] vero antiqua iura nolumus immutari.

¶ Liber. ij ¶ De iudiciis.

Inno. iiij. in ge. conci. lugd.

¶ Iudex delegat⁹ non hñs ad hoc spãle mandatũ a papa nõ põt ɔpellere ptẽ vt psonalit corã eo ɔpareat: nisi ex rõnabili cã. Io. an. Cap. j.

Iuris eẽ ambiguũ[b] nõ videt[c] iudicem delegatum[d] q̃ a sede apostolica mandatũ ad hoc

Continuatio d. helie

¶ De iudiciis. ¶ Dictũ fuit. s. de magistratib⁹ & iudicib⁹ & de arbitris. nunc videndũ est de iudiciis que exercent p illos mgratus. Additio Quindecim significationes iudiciorũ no. hic Io. mo. quas vide. j. de regu. iur. in iudiciis. Io. an.

Diuisio

Iuris esse. ¶ Pmo ponit dictũ. Secũdo casus excipit ibi: nisi.

Presupp positio dñi helye.

¶ Pro itellectu ca. habem⁹ presupponere duo. vnũ p rõne dubitãdi: et alterũ p ratione decidendi. Et pmo p rõne dubitãdi q papa põt ɔpellere ptes ad ɔparendũ coram se psonaliter: lz cã sit ciuilis & pecuniaria. Itẽ q delegat⁹ pape gerit vices pape & regularit in cã sibi delegata põt illỏ qỏ papa possz facere. Aliud p rõne dubitãdi videlz q a iur' bñficio ptes hñt vt i cãis pecuniariis possint ɔpere p se vel p pcuratorẽ. l. in pecuniariis. C. de pcu. Itẽ q bñficiũ iur' nemini ẽ auferẽdũ sine cã.

Casus lfalis d. hel.

¶ Casus. Pretẽdebã Titiũ debitorem meum in aliqua pecunie summa: quia habebã ordinariũ loci certa ratiõe mihi suspectũ. a sede apo. impetraui delegatum cui presentaui litteras delegatorias. Delegat⁹ iste mandauit reo vt cõpareret psonaliter coram ipo & tñ cã erat pecuniaria siue ciuilis. & in citatiõe nõ exprimit cã quare debeat comparere in propria psona: vtrũ Titi⁹ teneat ɔparere psonaliter? Rñdet ro. põ. q nõ. & dicit q delegat⁹ suus nõ põt cogere partes ad cõparẽdũ psonaliter corã se in causis ciuilibus: quia non põt ptibus auferre bñficiũ iuris: lz papa hoc posset: nisi esset talis cã que reqreret psentiã psone: & eẽt cã expssa in citatiõe. vt in. l. j. ff. de ferijs. vbi dicit q si tpe feriarũ vindemiarũ vel messium qs citat: in citatione debet cõtineri cã que illo tpe pessit & debeat expediri. Sic & i pposito qñ re⁹ est citat⁹ vt veniat personaliter debet i citatiõe exprimi cã quare debeat venire psonalit: puta q veniat personaliter iuratur⁹ ỏ calumnia vel responsur⁹ positionib⁹ partis aduerse vel ad exercendũ aliũ actũ qui requirit psentiã psone: & tũc re⁹ citat⁹ tenet psonaliter cõparere: et si mittat pcuratorẽ nichilomin⁹ reputabit ɔtumax ac si nullũ pcuratorẽ misisset. Sed qrit cũ istud non eẽt ambiguũ quare fuit factũ istỏ capitulũ. vt in. c. cũ in iure. de offi. deleg. l. ãcille. C. de fur. Dicẽdũ q postq̃ emanauit psens ca. istud non erat ambiguũ: sz añ bñ erat ambiguũ. nã cũ papa possit hoc facere. s. ɔpellere ptes in cã pecuniaria vt ɔpareãt psonaliter corã se videbat q etiã suus delegat⁹ hoc possit facere: vt dictum fuit in ratione dubitandi.

Ambiguũ qd sit & vñ dicitur

b ¶ Ambiguũ. Ambiguũ ẽ vbi opiniões sũt et iura varia vident. s. de sen. ex. inter alia. Additio l. disti. qr tua. s. de resti. spo. lr ac. de eta. & quali. queris. & c. a multis. s. eo. li. de elec. si religiosus. & j. de pbẽ. qr se pe. Diriuat aũt ambiguũ ab ambigo: qỏ cõponit ab am qỏ est circũ. & ago interposito b quasi circũ agor & voluor fm Io. an. Et de triplici ambiguitate nota. xxiij. dist. c. si. Io. an.

c ¶ Non videt. nec est. ff. de ar. quesitum.

Glosa seq. reci. p. q. qd de ordinario. scỏo signat contrarium & soluit. tertio textum determinat.

d ¶ Iudicẽ delegatum. a ɔtrio sensu videt. sec⁹ de ordinario. xxv. dist. qualis. de his q̃ fi. a pla. cũ aplica. Sed idẽ in ordinario fm Ber. nõ enim põt cõpellere ptes. i. corã se venire psonalit nisi in sequẽtib⁹ casib⁹ C. de. pcu. l. vlt. ideo de ipo dictũ nõ fuit: qr de ipso nõ dubitabat per pdictã. l. sed de legato pape dubitabatur q̃ videbat posse idẽ q papa quo ad illã causaz iij. Liberũ eñ ẽ cuilibet p se vel p pcuratorẽ respõdere. C. de his q̃ ad eccle. ɔfu. l. psenti § cũ aũt. ff. ỏ pcura. l. j. j. de iura. calũ. c. vlti. de pcura. querelam. beneficium aũt iuris nemini auferendũ est. xxviij. di. ỏ his. j. de reg. iur. indultũ. cũ suis ɔcor. Arg. ɔ. q psonalr citat⁹ psonalit venire teneat. s. ỏ dolo & ɔtu. cũ dilecti. Dic q illud obtinet in papa. vt ibi no. & sic etiam. s. ỏ maio. & obedi. humilis. de dila. c. vlt. Et habẽt hec locum in causis priuatorum. In causis vero ecclie collegij/vel vniuersitatis de necessitate interuenit sindicus. vt de iura. calũ. in pertractãdis. & c. seq. fm. B. Additio. j. Nõ vetat qn extra iudiciũ possit ordinarius ex cã cogere subditos corã se psonaliter cõparere. vt si eget ipoz ɔsilio vel psonali auxilio fm Hostien. alle. xxij. q. v. de forma. ỏ offi. dele. c. vlt. Ul' vult q p mouẽant ad ordines. de eta. & quali. c. j. & fm eum de consuetudine hoc in diuersis casibus exprimitur: cõstat etiam eis in dubio semper obediẽdum. xxiij. q. j. qd culpat. addit Io. mo. qr vocat abbates pbros & clericos psonalr ad synodũ. xviij. di. c. vlt. Itẽ clerũ & po

n iiij

pulũ ɔgregat ad sermonẽ. ξ. e. li. ꝺ elec. vbi ꝑiculũ. §. qꝛ vero. ⁊ ad curiã mittet clericũ. xvj. q. j. nos autẽ. in auc. de san. episc. §. reuerẽdissimum. collat. ix. Jo. an. Addi... Hoc verũ quo ad illa sine quib' cã nõ põt expediri. ξ. de offi. deleg. c. j. ⁊ c. preterea. ẜm Inno. ⁊ Archid. sed sine hoc expediri põt per ꝓcuratorẽ: ergo ⁊c. sicut ꝗ non posset illi ꝑcipere ꝙ iret ad sanctũ Jacobuꝫ sic nec ꝙ ad ipꝫ ꝑsonaliter veniat ẜm Joã. an. Addi... etiã si ipsi⁹ cã eẽt criminalis vl' ẽ crimine. ⁊ vide qꝺ no. et dixi. de symonia. dilectus. ii. Joã. an.

a ¶ Speciale. Quia tunc sicut papa id potest: ⁊ ipse sitr. ξ. de ꝓcura. ca. penulti. cum suis concor.

b ¶ In iudicio. ꝺ extra iudicium non dubitabatur Et est ii. ξ. eo. lib. de resti. in integ. ca. ij.

c ¶ Glo. seq. textum exponit. secundo querit. ar. pro et contra. ponit opi. Ber.

nõ recepit spãle^a: iubere non posse alterutrã partiũ coraꝫ se ꝑsonalit' in iudicio^b cõparere. ¶ Nisi cã fuerit criminalis^c. vel nisi ꝓ veritate dicenda^d: vel pro iuramẽto calumnie^e faciendo: vel alsa iuris necessitas partes coram eo exegerit personaliter ꝑsentari. Bonifaci⁹ octauus. ¶ Mulieres ꝑsonaliter ad iudiciuꝫ quacũqꝫ cã in iure nõ expressa: iure trahẽde nõ sunt: sed si necessariũ sit ipsarum testimoniũ in cã: iudex expensis ꝓducẽtis interdũ ibit: interdũ mittet: ⁊ iudex fraudulenter vadẽs excõicat⁹ est. Mulieres religiose etiã volẽtes extra monasteriũ suũ ex aliqua causa ꝑsonaliter ad iudicium trahi nõ possunt. quod cõtra predicta fit est irritum. Joan. and. Capitulũ ij.

Mulieres (quas vagari nõ ɔuenit: nec virorũ

c ¶ Criminalis. intelligas criminaliter intentata. Si eñi de crimie agit' ciuilit' bñ interuenit ꝓcurator. ξ. de ꝓcu. tue. de accu. sup his. vñ tunc ꝑsonaliter venire ɔpelli nõ poterit. Si aũt criminaliter intẽtat' ꝓcurator nõ interuenit. nisi in casibus no. ij. q. vj. si qn. ⁊ C. de accu. veniẽs. Sed qrebat hic Ber. si admittat' procurator in cã criminali: an valeant q̃ facta sunt cũ procurato: Et videt' ꝙ sic: si nõ opponit' exceptio. C. de ꝓcur. co. Et ita demũ. ff. de ꝓcur. filiusfamilias. §. veterant. ⁊ ea q̃ fiũt cũ falso ꝓcuratore valẽt ꝑ ɔsensum. ff. de iudi. lꝫ. ff. rẽ ra. ha. l. iij. §. falsus. Sꝫ ɔ vñ: qꝛ ɔtra legẽ actũ est ff. de pub. iudi. l. pe. §. ad crimẽ. ⁊ v. q. iij. §. in criminalibus. Dicebat Ber. ꝙ valet qꝺ cũ eo actũ est per prima iura: ex quo non fuit obiectũ: iudex tñ talẽ ꝓcuratorẽ ex officio suo potest ⁊ debet repellere. J. de excep. exceptionẽ. cũ suis ɔcor. et J. de accu. cũ p. nec obstat si iudex debet repellere: ergo nõ valuit iudicium. vide instantiã in excõicato per predictã decre. exceptionẽ J. de excep. pia. Et cũ hoc ɔcor. Guil. in spe. de procur. §. j. ꝟ. sed pone ꝙ in casu tali. ... Et Jo. mo. hic ⁊ Archi. ξ. de ꝓcu. q̃ gñaliter. ⁊ facit qꝺ no. C. ꝺ adul. ꝑmus indubitati. Sed vt ibi no. Cy. Frã. Accur. restrebat illi glo. q̃ innuit hanc exceptionẽ dilatoriã. hac rõne ꝟba sententie sunt referẽda ad ꝑsonã dñi. C. de in iur. l. fi. ⁊ absens dãnari nõ pt. ff. de pe. absentẽ. In ꝓcuratorẽ aũt sñia ferri non pt: qꝛ nocẽs nõ est. C. ꝺ sen ten. ⁊ inflo. l. j. ꝗ semꝑ opponi poterit. C. de ꝓcu. lꝫ ẜm eũ. per qꝺ dici põt ꝙ q̃ ad fiẽda repellit': valebunt tamen prius cum eo gesta ꝑ iura preallegata. Jo. and.

d ... Dicẽda. s. ad ꝑstandũ iuramẽtũ de veritate qꝺ solũ olim ꝑstabat' in spũalib⁹ hodie secus. J. de iur. calũ. c. j. in fi. ⁊ differt in eo a iuramẽto calũnie: qꝛ ꝑ illud rñdet' de eo qꝺ credit ⁊ estimat. C. de iura. calũ. l. ij. §. sin autẽ: et ꝑ istud iuramentũ ꝺ veritate rñdet' vt ꝟba sonat. ξ. de elec. dudũ. ii. ... Et ad respondendũ ꝑ illud ad positiones vel interrogata: ⁊ per id posset dicidẽ de ꝓpositione facti ꝑ decre. pastoralis. co. tit. quod dic vt ibi. Joan. an.

¶ Glosa seq. recite. per questionem.

e ¶ Iuramento calũnie. qꝺ principales ꝑsone ꝑstare debent. C. de iura. calũ. auc. principales. ξ. de iur. calũ. in ɔtractandis. qꝺ verũ est: nisi ꝓcurator habeat ad id speciale mandatum. J. ꝺ iuramẽ. calum. c. vlti. in quo casu dicam ꝙ delegatus principalem ad iurandũ ɔpellere non poterit cum ibi tũc ñ sit iuris necessitas ꝺ qua sequitur: nisi forte ꝑn cipal' iustior sit ꝗ ꝓcurator: et natura cause h⁹ requirat vel sciẽ melius veritatẽ. vt. C. de ꝓcura. l. vlti. ⁊ facit ad hoc. ξ. de ꝓcu. si quem. in fi. eo. lib.

Mulieres. Primo ponit' ꝓhibitio mulierib⁹ in genere. Scdo. ibi: sed cum. ꝓuisio bonẽ vris circa ipsarum testimonia: cũ certa ꝓhibitione ⁊ pena. Tertio ꝓhibitio circa religiosas ibi: cetert. Quarto decernit. in fi. Ista decre. Bonifacii extrauagãs erat: quia edita ante compilationem huius sexti libri. Jo. an.

¶ Istud caplm nõ est seruãdũ in his ptib⁹: nã factuꝫ fuit in partib⁹ Italie in qua obseruat' ẜm qꝺ dicit presen caplm. nã ꝑcusosa est sexus cõmixtio. ⁊ mulieres huius patrie non obseruant grauitatẽ quã obseruãt mulieres italice. vnde habemus presupponere ꝙ regulariter iudex qui de aliqua causa cognoscit non tenetur tre ad testes ꝑ illis examinãdis: sed põt cõpellere illos vt veniant ad suam presentiam. Fallit in aliquibus casibus: vt hic in mulieribus.

¶ ... Tu ⁊ ego litigabamus corã aliquo iudice. fuit talit' ꝓcessum ꝙ lis fuit ɔtestata. volo ꝓbare intẽtionẽ meã ꝑ testes: ⁊ dico ꝙ testimoniũ aliquarũ mulierũ est michi necessariũ: ⁊ peto vt ipẽ mulieres citẽt' vt ɔpareant corã iudice ꝑsonaliter ꝑhibiture testimoniũ veritatis: vtruꝫ iudex poterit cõpellere mulieres vt corã se ꝑsonaliter ɔpareant. ⁊ se exhibeãt in publico ꝓferẽdo testimonio in aliqua cã. Rñdet ꝙ nõ: nã nõ põt exire domũ suã vt se immisceant cetib⁹ virorũ Quid ergo fiet. celabit' ꝟitas. Rñdet ꝙ iudex ibit ad ipsarũ domũ: ⁊ ab eis recipiet iuramẽtũ: ⁊ in domib⁹ ipsarũ illas examinabit: vocata pte ⁊ citata. Sꝫ ponamus ꝙ iudex est grauis ꝑsona/ qꝛ est cõstitutus in dignitate: ⁊ nõ est decẽs vt iudex accedat ad domos illarũ mulierũ basse ɔditionis. Rñdet ꝙ tunc iudex vices suas cõmittet alicui cõmissario ad mulieres illas examinãdas. Et ista sunt vera nisi mulieres iste vellent venire ad iudiciũ et renũciare huic bñficio. nam istud caplm intelligit' ꝙ non possint ɔpelli vt ꝑ ventant ad iudiciũ. Fallit in religiosis ⁊ monialibus. q̃ etiã si vellent venire ad iudiciũ ⁊ renũciare huic bñficio nõ sunt admittẽde [non fingat'] vñ si est talis cã in qua debẽt ꝓduci testes et examinari: dꝫ mittere cõmissarios ⁊ nõ debet ire personaliter fingendo ꝙ ei⁹ presentia requiratur. et si in fraudem faciat incidit in excõicationẽ: puta qꝛ iudex appetit amplexus mulieris: ⁊ fingit ꝙ testimoniũ mulieris est necessariuꝫ in causa.

r facit eā parte vt pars nominet aliquā mulierē inter suos testes: vt possit habere accessum ad illā mulierē [religiose] vñ religiose hic accipiunt spāliter pillis q fecerūt pfessionē. nō sicut in. l. j. C. de summa trini. r fi de catho. ibi: in tali volum⁹ religione versari. et. s. de cōsti. eccl'ia. vbi dicit q laici etiā religiosi non habēt potestatem disponēdi de rebus ecclesiasticis

¶ Glose oēs sequētes recitant in textu. Jo. an.

a ¶ Immisceri. Periculosa ē enim seruū com mixtio. xviij. qō. ij. diffinimus. Additio. Arch. alleg. C. de pcu. l. maritus. et. C. de arbi. l. vilia. Joan. and.

b ¶ Litterarū Generaliū intelligas: puta quibus cā cōmittitur: si eni specialiter expressum esset in litteris q mulier trahi posset secus ad hoc. s. c. prori.

c ¶ Legatorū. Uel delegatorū multomag⁹: ad hoc. s. ō rescrip. statutum.

d ¶ Alia. Puta ordinaria vel delegata ab eo.

e ¶ Inuitas. Uolētes ergo pnt: r in hoc differūt religiose: vt. j. sequit. Additio. Idem Jo. mo. r Archi.

f ¶ Non exprimitur. s. c. prori.

g ¶ Prohibemus. No. meliorē conditionem mulierum q mariū. ad idē. s. de senten. excō. mulieres. r. c. ea noscitur. s. de pigno. ex litteris. Interdum est deterior: qō. dic. vt no. s. de pe. r re. noua quedam. ad hoc. ff. de regu. iur. l. ij. Interdum par vtriusq causa. r de his no. in specu. de pcura. §. j.

Mulierū pditio qñq̄ ē melior q virorū.

h ¶ Necessarium. Quia nō sunt alij qui veritatem sciant: vel non ita bene sciunt. xiiij. q. ij. quāq.

i ¶ Producētis. iiij. q. iij. vēturis. s. eo. li. de rescrip. statutū. r. C. de testibus. qm̄. sicut ergo pducēs tenet expensas ministrare testi pducto ita et tabellioni vel iudici qui ad eas vadit vt hic vides.

k ¶ Idoneā. Pbrm̄ vel aliū virū honestū. Coram quo intrēt: r ibi etiā erit tabellio q citabit pars aduersa vt vadat visura eas iurare. vt. s. de testib⁹. c. ij. Additio. Dicit Archi. q faceret illū iurare: q suum officiū fideliter adimpleret: vt sic maior et plena fides illi adhiberetur. alle. de presum. illud. de prescrip. ad audientiam. j. q. vij. sancimus. aliqñ tamē talis persona nunci⁹ appellat. s. de testi. eo. c. j. aliqñ executor vl' auditor. s. de offi. delega. sup questionū. Additio. ij. Unde dicebat Jo. mo. q forte meli⁹ diceret personas alleg. de probationibus. quoniam. Joan. and.

cetib⁹ immisceri[a]) auctoritate lr̄arum[b] sedis apo. vel legatorū[c] ipsi⁹: aut alia[d] quacunq ad iudiciū personaliter euocari vel trahi inuitas[e]: cā ferēdi testimoniū: aut alia qualibet q̄ in iure nō exprimit[f] phibemus[g]. ¶ Sed cū necessarium[h] fuerit testimoniū earū dē: iudex in expēsis partis pducētis[i] easdem tabellionem aut aliā personā idoneā[k] ad eas trāsmittat: vel si forte talis casus occurrerit quo iure[l] prohibente receptio testium alteri committi non possit iudex tūc pter hoc psonaliter ad illas accedat[m] aut si talis sit psone[n] iudicātis conditio: q id p ipsum non deceat fieri vel non possit[o] mittat[p] ad eas puiso q casus hmōi videlicet vt iudex vadat personaliter nō fingatur[q]: nec fraus interueniat in hac parte. Alioqn fictor hmōi vl' fraudator: ipso facto sniam excōicationis incurrat[r]. ¶ Ceterū femine religiose presertim q̄ debēt sub clausura morari[s] extra suum monasteriū vel clausurā non vocent ad iudiciū: vel trahāt ex q̄uis cā[t] psonaliter: etiā si ad hoc volūtas accederet earūdē[v]. ¶ Decernim⁹ quoq: vt ipso iure sit irritū et inane si quid contra premissa contigerit attentari. Idem.

¶ Minor. xiiij. annis p se et p pcuratorē pōt agere r defendere cām spūalē: minor. xiiij. p se non agit sed p pcuratorē vel p pcuratorē datū auctoritate ordinarij ecclesiastici iudicis et etiam delegati dati ad causas illas. Filiusfamilias sine patris assensu agit causam spiritualem. hoc dicit. Jo. an. Capl'm. iij.

Si annum quartumdecimum

l ¶ Iure prohibēte. Ut in criminali criminaliter intentata. r vt in aut. de testi. §. r quoniam. r. §. hec omnia. et. C. de fide instrumen. aut. apud eloquētissimū. Additio. Quod intellige. vt no. de verb. signi. forus ad fi. r. xv. q. iij. ex eo. Joan. and.

m ¶ Accedat. Expensis pducentis: vt. s. nō eni in hoc casu credo locum habere decre. s. e. li. de rescrip. statutum. §. insup.

n ¶ Persone. Puta eps vl' superior. pter reuerentiā ipsius pontificalis officij ad mulierculas eos ire nō decet. ad hoc. s. de offi. ordi. c. j. co. lib. Additio. Ul' al's religiosius r magne fame. Archidiaco.

o ¶ Nō possit. Puta ratione infirmitatis vl' forte loci i quo moratur mulier vl' alia simili.

p ¶ Mittat. Tabellionē vel personā idoneā vt dictum est. s. Joan. an.

q ¶ Non fingatur. Ut iudex posset dominā visitare faciebat eam nominare in testem.

r ¶ Incurrat. Non reseruat absolutionē. ergo alijs concedit. de sentē. excō. nuper.

s ¶ Morari. Ut. j. de statu regu. c. vno.

t ¶ Causa. Unde nec seruare tenentur decre. Nicolai quo ad personalem comparitionē. vt. s. eo. lib. de elec. indēnitatibus. §. sed cum eas.

v ¶ Earūdē. Not. q nō pōt quis renūciare iuri suo. ad idē. s. de fo. cōpe. si diligēti. r qō ibi no. r de sen. excōica. cōtingit. multos tales casus quere p Accur. C. de pac. si qs in conscribendo. r. ff. de pac. l. pactum inter heredes. r p Goffre. de regu. ad apostolicā. Sepe etiā pcurarēt moniales se ad iudiciū euocari vt claustrum exirent. ad idē. s. de sen. excōi. relatum.

Si annum. Prima pars tractat de minore. Scda de filiofamilias: ibi. In hmōi. Prima iterū subdiuidit. q: primo tractat de minore. xv. qui est maior quattuordecim. Scdo ibi: si vero. de miore quattuordecim: qui est minor vel maior septēnio. Jo. an. Emanauit hec decre. ad declarationē eoꝝ que no. Berñ. s. de testi. spo. ex parte. et de eta. r quali. ex rōne. r Gof. Inno. r Hostie. eo. titu. c. indecorū. r. s. de pcura. accedens. Additio. Et Joan. xv. q. iij. certis. r Accur. ff. de mino. l. ait pretor. in prin. r principium corrigit. qō no. Guil. in spe. de statu mona. ver. xxxj. Joan. and.

diuisio

Dicit qd declarat.

¶ Pro intellectu capl'i presupponendum est illud qō habetur. C. qui legi. personam standi in iudi. habent

Presup. dñi helye.

vel nõ. in. l. j. et. ij. videlz q minor. xxv. annis nõ hz personã idoneã in qua possit fundari z subsistere iudiciũ sed si hz curatorẽ generalem debet ingredi iudicium cum auctoritate sui curatoris. si nõ habet curatorem generalem debet ei dari curator auctoritate iudicis. exemplum in beneficijs dũmodo sint prebende vel ex dispensatione apostolica. qz in pupillari etate posset obtinere bñficiũ ex dispẽsatione aplica. sed tũc debet habere curatorẽ ad illas lites. vel si velit constituere pcuratorẽ hoc dz esse auctẽ iudicis.

cimũ[a] tue pegisti etatis. in bñficialib[9] z alijs causis spũalibus[b] necnõ et dependẽtibus[c] ab eisdẽ acsi maior[d]. xxv. an. existeres ad agendum et defendendum per te vel per pcuratorem quem ad hoc constituendum decreueris admitti debebis[e]. Si vo infra. xiiij. annũ existas: per te agere aut defendere non poteris[f] super ipsis: sed vel per tuum epm: vel per officialem eiusdẽ[g] tibi curator dabitur

Casus l7 alis dñi helye.

Casus. Quidã Tici[9] cõtraxit matrimoniũ cũ Berta: cõtracto mrimonio p verba de presenti Berta nõ vult sibi adherere tãq marito. certũ est q põt agere cõ ipsaz et petere iudicẽ vt iudex cõpellat illã Bertã ad sibi adherendũ tanq marito. Sed ponamus q Ticius erat minor vigintiqnq annis vtrũ possit esse in iudicio in ista causa spũali sine auctoritate curatoris? Rñdet ro. pon. cũ distinctione aut iste minor habet. xiiij. annũ cõpletũ. ita q est pubes. z in isto casu potest esse in iudicio sine auctẽ tutoris z agere per se sine auctẽ curatoris. z põt cõstituere suũ pcuratorẽ absq suo curatore. Si autẽ nõdum cõpleuit annũ. xiiij. non põt agere sine auctoritate curatoris. et si velit cõstituere pcuratorẽ debet cõstituere cũ auctẽ iudicis corã quo ventilatur cã: siue sit iudex ordinari[9] siue delegat[9]. Idẽ dicendũ est in causis dependẽtibus a causis spũalib[9]. verbi grã. Tici[9] minor xxv. annis cõtraxit matrimoniũ cũ Berta. pater berte pmisit centũ in dotẽ. certum est q iste Ticius minor xxv. ãnis dũmodo sit pubes põt sine auctẽ curatoris petere istã bertã i vxorẽ. Sed vtrũ possit petere dotẽ sibi pmissam sine auctẽ curatoris licet sit minor? Rñdet q sic. Sed ponam[9] q aliqs qui vult tractare causam spiritualẽ est filiusfamilias q non põt esse in iudicio sine auctẽ patris. vt in glo. magna. insti. de pa. potestate. Ponamus q filiusfamilias cõtraxit cũ Berta. pr berte nõ vult dotẽ soluere: vtrum possit iste filiusfamilias tractare cãm sine auctẽ patris. Uel filiusfamilias bñficiat[9] vult agere in causis bñficij sui vtrũ possit sine auctẽ pris? Rñ. ro. põ. q sic. nã in causis istis spũalib[9] nõ curat de auctẽ pris. Et sic filiusfamilias in causis spũalib[9] põt agere sine auctẽ pris. [Infante] qui non hz ptãtem agẽdi nec cõstituẽdi pcuratorẽ quia nõ intelligit illa etas quid agat. l. j. C. de fal. mo.

Notabilia.

Nota primo ex isto ca. q minor. xxv. annis regulariter nõ põt esse in iudicio per se nec cõstituere pcuratorem absq auctoritate curatoris sui. vt. l. j. et. ij. alleg.

Nota q quascunq caus. s spũales vel descendẽtes a spiritualib[9] minor. xxv. annis sine auctẽ curatoris põt tractare. z censetur qtum ad illas causas maior.

No. q idẽ est iudiciũ de causis spũalib[9] z descendẽtib[9] ab eisdẽ: sicut dicim[9] q d causis spũalib[9] z de causis annexis spũalib[9] idẽ est iudiciũ in. c. qsto. de iudi. in an. vt ius patronat[9] nõ est merũ ius spũale. sed est annexũ iuri spirituali. puta institutioni. vt hic dicit.

Nota q impubes non põt causas spũales tractare per se. nec in eis cõstituere pcuratorem absq auctoritate sui curatoris. In matrimonio nõ potest bene poni exemplũ: qz impubes nõ potest contrahere matrimoniũ. sed malicia aliquãdo supplet etatẽ. nam quãtum ad facultatem cõtrahendi matrimoniũ nõ attenditur etas: sed potest as coeundi. quia si sint potẽtes ad coeundum ante. xiiij. annum possunt contrahere et potentia est vigor naturalis. vel potest poni

Nota q iudex delegat[9] põt dare curatorẽ minori. xxv. annis ad lites vẽtilandas corã ipso. sz non ad causas q nõ vẽtilant corã se. sed ordinari[9] põt dare curatorem ad oẽs causas tam corã se mouẽdas q alibi.

Nota vnum casum in quo filiusfamilias potest esse in iudicio sine auctoritate patris qd est contra. l. non solũ. C. de bo. que libe. puta in causis spũalibus potest filiusfamilias esse i iudicio sine auctoritate patris. nã illa censentur peculium castrense vel quasi.

Nota vlteri[9] illud ad qd allegat iste textus q clericus etiã sacerdos z bñficiatus non liberatur a patria potestate. nã nos nõ legimus q clericatus sit modus tollendi patriã potestatẽ. legimus tamẽ de dignitate epali. in aut. sed epalis dignitas. C. de epi. z cleri.

Sacerdotiuz nõ liberat a patria ptãte.

a Quartũdecimũ. In mare hoc intellige. in muliere. xij. et sic intellige predictã decre. de resti. spo. ex parte. z pbatur. s. eo. lib. de elec. indẽnitatibus. j. rñso. s. de despon. impu. continebatur. Jo. an.

b Spiritualibus. Puta matrimonio z similibus

c Dependentibus. vt dote que dependet a matrimonio: de dote post diuor. resti. c. iij.

d Acsi maior. Sine curatore sicut maior.

Glosa sequens ponit quattuor opinio.

e Debebis. In matrimonio hoc erat expressum in predicta decre. ex parte. (I) Sed quia quidam dicebant id speciale in carnali matrimonio. ideo emanauit hec lata constitutio. Sed quod idem esset in spirituali pbatur per decre. de elec. dudum. j. z de reg. postulasti. ad hoc facit quia huius voluminis compilatores. (I) de tutelis z curis non posuerũt tanq de materia nobis nõ multum necessaria. z aduerte quia qd hic dicitur quidã tenebant indistincte. Inno. dicebat q debebat dari curator fm quod in versi. sequen. de minore. xiiij. dicitur. Hostien. autem suo capite z quadam similitudine distinguebat inter maiores. xvij. anno. vt tũc haberet locũ prima opinio. quia talis pdere potest in publicum. iij. q. vij. §. tria. ad hoc. s. eo. lib. de procura. qui generaliter. in fi. vel. xviij. fm ea que no. de offi. delega. cũ vicesimũ z minores. xvij. vt tunc habeat locũ opinio. Innocen. et hanc viam mediam dicebat tenendam. Argu. de offi. delega. querenti. hec no. de eta. z qualita. indecorũ. z in summa eiusdem titu. §. etas. sed reprobatur hec opinio: vt hic vides. Joan. an. Additio. j. Per quam patet in questione. Jo. de deo. de qua dicam. j. de senten. excõmu. licet in vlti. glo. etiam suo tempore non ponderandam etatem. xxv. annorum. in defendente causam matrimonialem. Jo. an. Additio. ij. Quos vide. s. in phemio §. nos ad apicem. Joan. and.

f Nõ poteris. Hoc tenet Ber. de eta. z qualita. ex ratione. in glo. vlti.

Glosa sequens reci. per obiectionem.

g Eiusdẽ. Nõ enĩ sufficit: immo nec requirit pris auctoritas: nõ enĩ de pmonialib[9] tractam[9] in quib[9]

id locum habet.C.de bo.que lib.nõ oportet.et.l.cũ nõ solum.ꝛ.§.in fi.c.nec imparatoris vel alterius iudicis secularis cum spiritualis et ecclesiastica sit causa.xcvj. distin.bene quidem.§.de iudi.at si.ꝛ de arbi.cõtingit Argu.ff.ad trebel.ille a quo.§.fi.ꝛ.l.sequen.

a ❡ Ad lites. Ad hoc.C.de cura.in li.d.l.ꝑ totũ.C.de curato.fu.l.fi.in pun.

b ❡ Hmõi. Sez spũales. q̄si de tpalibus nõ dependẽtib⁹ se intromittẽ nõ debeat.arg.j.ꝑxi.rñ.nisi forte ratiõe ꝑsone: puta si clericus esset.

❡ Glosa sequẽs querit obijciẽdo et soluit.

c ❡ Maior infante.i.in septẽnio.§.de despõ.impu.lfas.ꝛ ca.accessit.mior el etas ignorat q̄d videat.C.de fal.m o.l.j.in fi.

ad lites[a] hmõi[b] exercendas aut tuipse (si maior infante[c] fueris) cũ auctẽ alterius[d] eorũdem ꝓcuratorẽ ad eas poteris deputare. Delegatus etiã apo.se.et subdelegat⁹ ab eo[e] tibi (si nõ habeas) curatorem[f] dare valeãt: vel auctoritatẽ cõstituendi ꝓcuratorẽ[g] prestare: ad illas causas vel lites dũtaxat que coram ipsis fuerit vẽtilãdc[h]. ❡ In hmõi[i] quoq₃ litib⁹ sive causis quãq₃ in potestate patris existas: nec al's absq₃ ipsius assensu in iudicio reglariter[k] esse possis: eius (cum de his se intromittere nõ habeat[l], nequaq₃ requiri debebit assensus.

❡ De foro competenti.

Innocentius quartus.

❡ Archiep̄s omisso appellationis articulo/ vel per viam querele de causa subditorum suffraganeis etiam ipsis consentientibus non cognoscit. hoc dicit vsq₃ ad.§.neq₃. Capitulum.j.

Romana[m] ecclesia: et infra.

Sed dices quã cãm spũalem põt tractare minor infante: matrimonium em̄ vl' spõsalia.ij) cõtrahere nõ põt vt in p̄dictis iurib⁹. bñficiũ ecclesiasticũ hr̄e nõ põt: vt no.§.de p̄ben.sup inordinata. qualis ergo erit hec cã? Forte dispẽsatiõe pape adept⁹ est bñficiũ de q̄ agit vel defendit: vl' forte repetit vel ab eo repetunt vsure. ❡ Vel dicit nat⁹ de illegitimo m̄rimonio. de ordine cognitio.tuã. vel his filia.

Additio.j. Saluo qd̄ habet de spon. iuuenis. Jo.an.

Additio.ij. Large dicitur hec causa spiritualis.i.ecclesiastici fori: vt in cle.dispẽdiosam.eo.ti.de quo dic. vbi no.ꝛ dicam.j.de vsur.c.j. Joan.and.

d ❡ Alterius. Episcopi scilz vel officialis. Additio. Vel curatoris sic deputati fm Archidiaconum.

e ❡ Ab eo. Delegato.ordinarij: nõ dicit q̄si ordinarius hoc delegare non possit. ad hoc.ff.de offi.ꝓcõsul. l.nec quicq₃.§.vbi decreto.ꝛ sup hoc vide qd̄ no.§.de resti.in integrum.c.pe.et qd̄ dixi.§.de offi.vica.licet.

Additio. Etiã delegati fm Archidiaconũ: nõ enim emanat a sede qd̄ emanat a delegato. allegat de filijs pbr̄orum. dilectus. Graue videtur hoc dicere q̄ delegatus legati non possit qd̄ põt subdelegatus delegati procederet autẽ eius dictũ si intellexisset quod delegatus legati id non subdeleget. Joan.and.

f ❡ Curatorem. Forte generaliter vel specialiter ab ordinario datum.

g ❡ Procuratorẽ. Cũ ẽ maior septẽnio: vt.§.h.ꝑxi.

h ❡ Ventilãde. Delegata em̄ eis cã ꝛ oĩa delegata videntur sine quib⁹ causa ꝛc̄.de offi.delega.preterea.

Additio. Et.c.prudẽtia.§.sexta ad causam vero pertinet q̄ persona legitima sit in causa.C.qui da.tutor.ꝛ cura.l.in vniuersis. Ergo possunt per qd̄ perueniatur ad illud.ff.de procu.l.ad legatum. Joan.and.

i ❡ Hmõi. Sez spiritualibus ꝛ dependentibus.

❡ Glo.seq.declarat textũ ꝛ ponit.vij.casus exceptos.

k ❡ Regulariter. Et hoc habet locũ etiã in maiore. C.de bo.que lib.cũ oportet.ꝛ.l.cũ nõ solum. Et est hoc verũ suo noĩe: secus si sit alterius ꝓcurator.§.eo.lib. de ꝓcu.qui gñaliter.§.rñso.ꝛ.ff.de mino.cũ mãdato.

Ideo autẽ dixit regulariter: q₂ casualiter contra. sicut in castrensi peculio in quo etiã cõtra patrẽ agit.ff.de iudi.lis nulla. Itẽ cũ impetrat veniã etatis: dũmodo sit maior.xx.an.C.d his q̄ ve.eta.impe.l.ij. Et i momẽtanea possessione.C.qui legi.ꝑso.l.vlti. Itẽ cũ agit de thoro violato.ff.de adulte.si marit⁹.§.lex iulia.ꝛ.l.inter liberas.§.pe. Et in iterdicto de libero hoie exhibendo.ff.de lib.ho.exhibẽ.l.iij.§.si mulier. Itẽ fm canones videt q̄ indistincte cõqueraf filius de patre.§.de spõ.non est.ij.q.vij.querit. vbi d h⁹ et.xxiij.q.iij.si ecclesie. Itez in casu.ff.de iudi.si longi⁹. In his et similibus minor ꝛ i potestate cõstitutus agit.

Filiusfa.in q̄b⁹ casib⁹ possit eẽ in iudicio sine cõsensu p̄ris.

Additio. Materiã glo.vl.plene in spe.de actore.§.j.ver.item q̄ est filius: ꝛ duabus chartis se.et specialiter de clericis in ver.sed cum clericorum.d.et per hoc decido q̄₃ plures questiones huius materie ibi positas.ꝛ in.l.vlti.C.de bo.que libe. Joan.and.

l ❡ Non habeat. Habet enim locũ illa regula in patrimonialibus.vt.§.dixi.

❡ De foro cõpetenti. ❡ Dictũ fuit ti.ꝑxi.de iudicijs verum q₂ multotiens accidit q̄ vocati ad iudiciũ excipiũt de incõpetẽtia fori.et posset aliquis dubitare qd̄ dicatur forum cõpetens.ꝛ quid incõpetentia. ideo annectitur rubrica ista de foro competenti.

Continuatio dñi hẽlye.

Romana. Hec solẽnis decre.hz vndecim dicta circa forum competẽs vel incõpetens fm Hostien.Boa.ꝛ Jo.mo. Primo em̄ ponit duo dicta. scd̄o ibi: neq₃ tria. tertio ibi: nec etiam duo. quarto ibi: contrahentes. vnum. quinto ibi: nec clericos: ponit alia tria.

Diuisio.

❡ Pro intellectu hui⁹.c.habem⁹ aliq̄ p̄supponere cũ quib⁹ p̄suppositiõib⁹.c.istud erit facili⁹.ꝛ p̄mo habemus p̄suppone illud qd̄ df in.c.pastoralis.d offi.ord. in an. q̄ reglariter archiep̄s nõ est cõpetẽs iudex iter subditos suorũ suffraganeoꝝ in p̄ma instãtia. Itẽ p̄supponẽdũ est q̄ qñ appellaf ab ep̄o ad archiep̄m. si appellatio fuerit legitĩa: cã deuoluif ad archiep̄m.ꝛ archiep̄s põt retinere cognitionẽ cause principalis. si dictũ fuerit bñ appellatũ/ ꝛ male iudicatũ.c.vt debit⁹ honor.de appel.in an.

Presuppositio dñi hẽlye.

❡ Casus. Tu et ego litigabamus corã ep̄o picta.q̄ ꝫ te tulit aliquã interlocutoriã. a qua appellauisti ad metropolitanum. videlz ad archiep̄m Burdegalẽ. fui citatus ad ꝓcedendũ in cã appellatiõis. in termino michi assignato cõparui.tu et ego cõuenim⁹ mutuo ꝯsensu q̄ archiep̄s nõ cognosceret de articulo appellationis: sed de principali cã cognosceret an archiep̄s possit cognoscere de cã principali omittẽdo articulũ appellationis? Rñdet ro.põ. q̄ nõ q₂ ptes possent adhibere fraudẽ vt ꝑuarẽt p̄mũ iudicẽ sua iurisditiõe. Sz ponam⁹ q̄ i aliq̄ cã q̄ vertebaf inter te ꝛ me corã ep̄o pictauẽ. fuit ad archiep̄m

Casus breuis ꝛ long⁹ dñi hẽlye.

burdegalen. appellatū. archiepūs est contentus cām appellationis cōmittere: nō est dubiū q pōt: dūmodo faciat in diocesi illi' epi a quo est appellatū. Sed qd de legatus nō vult acceptare delegationē: an possit compelli? Rñdet q nō. Sz ponam' q archiepūs cognoscit inter ptes in prima istan. altera ptiū vult pducere aliqs testes q sūt de isto epatu pic. vtrū poterit illos facere cōparere corā se? Rñ. q nō. Qualit ergo pūidebit ptī? Rñ. q archiepūs poterit vices suas cōmittere alicui commissario i dioce. picta. et poterit archiepūs epz picta. reqrere vt cōpellat cōmissariū ad suscipiendū delegationē: et testes ad ferēdū testimoniū veritatis corā ipo cōmissario. Sed qd / habuim' in pncipio huius capti q archiepūs nō hz iurisditionē in subditos suoꝝ suffraganeoꝝ sed nunqd ad min' habebit archiepūs iurisditionē in officialē et alios officiarios suoꝝ suffraganeorū? Rñ. ro. pō. q nō. et dicit q archiepūs non hz iurisditionē nō solū in puatis subditis suorū suffraganeorū: sed nec in officialibus suffraganeoꝝ vel alijs prelatis inferiorib': vt in archipresbyteris/decanis/et alijs. nisi sit cōtraria cōsuetudo. Et ponamus q tu et ego q sumus de ista dioce. litigabamus in curia archiepi burdegalē. accepim' in cāma peroāda procuratores et aduocatos et cōuenim' cū aduocatis et pcuratoribus de certo salario. p cōductione cause in ciuitate burdegalen. iste aduocat' meus conuenit me p suo salario vtrū tenear cōparere? Rñdet q nō. nā p salarijs non possum in dicta curia in pma instan. cōuenīri corā archiepō burdegalen. l. heres absens. ff. de iudi. vbi dicitur q si qs tāq viator cōtrahat in quo loco lz rōne cōtractus qs sortitur forū: tñ nō pōt cōuenīri in illo loco quia esset absurdū q quilibet viator posset cōueniri in oībus locis in quibus contraxit: vt dicta. l. heres absens alle. modo isti erant ibi tanq viatores.

Glo. hec determināns textū posuit contrarium.

a Pretermisso. Licz p appellationē ad archiepm cā deuoluat et de ea cognoscere possit: tñ de principali questiōe cognoscere nō pōt nisi pri' de appellatiōe cognoscat etiā ptibus psentiētibus: sine volūtate suffraganei: qr in hoc casu perinde esset acsi sine volūtate suffraganei p simplicē querelā cognosceret qd nō pōt facere. e. eo. lib. de offi. or. c. j. et sic fraus fieret illi cōstōni Et hoc intellige cū appellat ante sniam. nā qn appellat a snia iudex appellationis statim de principali cognoscat. de hoc. e. de ap. vt debitus. in glo. pe. et p hoc phat. opi. Host. q no. e. eo. lib. de appel. cordi. q illa decreta. locū hz spāliter in papa in archiepō etsi locū nō hz vt hic videt: sic etiā soluit ptiū illi' decre. ad istam satis tñ videt q in quolibet inferiori a papa locum etiā habeat decre. illa qui p simplicē querelam possit adire: et sic posset intelligi opi. Innocen. vt ibi dicam. Additio. j. Idem Hostien. pe. de samp. et Archidia.

b Extiterit. Et sic aditur per simplicē querelam.

c Remen. vel ali' qlibet. de offi. ordi. c. j. e. eo. lib.

d Clericoꝝ. In laicis secus: qr priuatoꝝ cōsensus et c. de iurisdi. om. iu. puatorū. Additio. j. Idē Jo. mo. et Archi. qd est verū q ad tpalia: sec' i spiritualib' fm Hostiē. alle. e. e pe. et re. ois. et remittit ad id qd not. de despō. ipu. c. q. et de hoc dixi e offi. dele. p. e. sup gl. fi. Jo. an.

e Iudices. Rñ dicit. qr tāq arbitri hoc possent etiam sine epoꝝ cōsensu sicut qlibet alij cū hoc phibitū nō sit. ad hoc de arbi. cum tempore. et. c. dilecti.

Nec appellatiōis articulo pretermisso[a] nec alas etiā cū minime appellatum extiterit[b] remen[c]. archiepūs vl' ei' official' de causis clericoꝝ[d] tāq iudiceo[e] (lz in ipsos ijdē clerici de fctō[f] cōsentiāt) absq diocesanoꝝ suoꝝ volūtate cognoscāt

Archiepūs subditos suffraganei non pōt cōpellere causas delegatas ab eo suscipe: suas snias et pcepta exeq: vel testimonia i causis ad eos deuolutis ferre: nisi consuetudo aliud disponat. hoc dicit. Do.

Neq suffraganeoꝝ remensis eccle subditos ipsorū delegationē suscipe[g]: vel snias et precepta[h] exequi. aut in causis p ap. deuolutis ad eos testimoniū (nisi aliud in his tribus de consuetudine[i] obtineāt) perhibere compellant.

Archiepūs cōtra officiales vel prelatos suffraganeorum (cōsuetudine aliud nō disponente) et cōtra subditos ipsoꝝ pro salarijs aduocatoꝝ et pcuratorum causarum fori archiepiscopi iudex competēs non est. hoc dicit. Nec etiā suffraganeorum ipsorum officiales[k]: aut archidiaconos: archipresbyteros: et alios in

Additio. Et de hoc. e. eo. si diligēti. in fi. j. glo. Jo. an.

f De facto. Qr de iure nō pñt i iudicē nō suū: etiā p pū epi cōsentire licentia. e. c. significasti. vbi de hoc. Additio. Et qd ibi scripsi post Hostiē. super. j. glo. hic no. Hostiē. et Jo. mo. de nouē. s. que requiruntur in iurisditionis prorogatiōe quā facit clericus. Joan. an.

Glo. se. querit soluit. dat siie. In fi. soluit obiectio.

g Suscipere. Bene pōt archiepūs causam vel executionē snie delegare subditis suffraganeoꝝ suoꝝ: sz ad illa suscipienda illos inuitos cōpellere nō pōt: nec pōt compellere illos vt ferant testimoniū in causis ad ipm p appellationē deuolutis: nisi in his casib' aliud inducat cōsuetudo. Quid ergo fiet? mandabit suffraganeo vt subditū compellat ad testimoniū ferendum in causa illa: sicut in alijs casib'. et de hoc. e. de offi. ordi. pastoralis. Idem est in qlibet iudice. vt si de alia ciuitate petātur testes: iudex cause ad iudicē loci mittat vt testes recipiat: et ad iudicē attestationes remittat. C. de fi. instru. l. iudices. Et nota q non eādem iurisditionem habet iudex in accessorio q in principali: sed illud quia in subditos suffraganeorū iurisditionē nō habet. vt in prin. decre. pastoralis. Additio Et sic non ob. e. de offi. delega. prudētiam. penul. et vlti. que loquitur in delegato: pape. Joan. an. Additio. j. Quid si infra terminum ad hoc assignatum id non fecerit: archiepūs id faciet fm Hostiē. alleg. quod no. e. eo. de supplen. negli. prela. romana. hoc nō placet Archi. dicenti q licet tunc suffraganeum cogere possit subditum ipsius non. Joan. and.

h Precepta. Ut quia aliquem citari mandat: vel his similia.

i De cōsuetudine. Cōsuetudo ergo in his iurisditionem tribuit. ad idem. e. eo. lib. de offi. ordi. c. j. de foro competen. cū contingat. e. eo. lib. de cōsue. ca. iij. cum similibus.

Cōsuetudo dat iurisditionem.

k Officiales. Licet enim in epm iurisditionē habeat: non tamen in officialem: vt. j. in fi. c. dicitur.

ferioꝛes prelatos suffraganeis eisdē subiectos (dūmodo aliud eis cōtraria ꝯsuetudo non tribuat) nec subditos suffraganeoꝛum ipoꝛum sup salarijs[a] aduocatoꝝ ꝛ pcuratoꝝ[b]: in causis[c] quī remensi ventilātur curia cogant ꝗrelantib⁹ in sua pñtia rñdere[d].

¶ Archieps non cōpellit inuitos ꝯtrahentes aliarū diocesium in sua ꝓpria corā se respōdere nisi ibi inueniant. Sʒ si citati nolunt cōparere: vel malitiose se occultēt ne citentur in bonis ipoꝛū sue dioce-

a ¶ Salarijs. Taxata erāt olim ista salaria per decret. de postul. properandum. quam hodie non habemus. Et de istis salarijs habes. C. de suffraga. l. vna. C. man. salarium. ꝛ qua actione petātur. C. mand. l. j. in vlti. glo. ff. e. l. salarium. Additio. Et de his vide satis in spe. de sala. §. ij. ꝛ. iij.

¶ Glosa se. obijcit ꝛ soluit.

b ¶ Procuratorū. ꝯ pcuratoris officiū dʒ eē gratuitū: et si aliqd recipiat ꝯ bonos moꝛes facit. ꝛ redēptoꝛ litis esse cēset. C. de pcu. litem. C. mā. si ꝯ licitū. ff. mā. si re. nō remunerādi §. vl. sed leges ille loquunt qn paciscit: vt hēat certā ptē ei⁹ de q est qō qō illicitū est. ¶ Hic ō salario loquit qō datur ꝓ remuneratione laboris qō licitū est: vt hic. ꝛ. ff. mā. l. salariū. Additio. Aduocat⁹ tū licite vēdit patrocinīū. xj. q. iij. nō licʒ. Jo. an. Additio. De hoc. iij. q. vij. §. tria. ver. arcent. plen⁹. ff. de pac. l. sumpt⁹. Jo. an. Additio. Sine pacto: al's nō est mandatū: sʒ locatio. ff. man. l. j. in fi. Jo. an.

¶ Glosa seq. signat contrarium ꝛ soluit.

c ¶ In causis. Licet enim iurisditionem habeāt in causis: non tñ in psonis ratiōe salarioꝛum ipoꝛum: cū alia sit cā. Ar. contra. C. de iudi. ꝓperandum. §. ꝓcul dubio. vbi dicit q̄ ꝓpter salarium aduocatoꝛum nō dʒ cause fieri dilatio. sed illud in oꝛdinario loquitur. Additio. Dicit Hosti. ꝛ Archi. post eū q̄ illa lex cōcor. qꝛ nō intromittit se archiepūs de causis salarioꝛum: et sic propter illas lis non ꝓtelabitur: mādabit autē oꝛdinario vt illas expediat. Jo. an.

¶ Glosa seq. signat cōtrarium quod tripliciter soluit In fine ponit duas opi. reprobat as.

d ¶ Respōdere. Not. ꝙ q̄ rōne ꝯtus nō sortit quis forum. Contra. ꝫ. eo. c. vlt. cū suis cōcordantijs. Sol'. hic de ꝯtractu loquit inito in ciuitate suffraganei puta cum Bono. qui appellauerat secum duxit aduocatum Rauennā. ꝛ sic contractus rauēne initus nō fuerat. Uel dic q̄ locū habet quādo ibi non inuenit. Uel dic verius q̄ de contractu loquitur quem quis celebrat vt viatoꝛ vt tūc ibi ꝯueniri nō possit. durū eñ esset vt quocunqꝫ loco nauiget: vel delat⁹ sit rñdere teneatur. ff. de iudi. l. heres absens. §. nā vbi sic venit. ꝛ hec vera nisi se ibi ꝓmiserint soluturos: tunc enim suscipere compellerentur. ¶ iudiciū cum ibi ꝛ vbi domicilium habet valeāt conueniri. ff. de iudi. l. heres absens. §. item sciendum. ꝫ. eo. dilecti. ibi enim ꝯtraxisse videtur vbi se soluere obligauit. ff. ō actio. ꝛ obliga. l. cōtraxisse. ꝛ ꝯtū nō vtiqꝫ eo loco intelligit q̄ negociū gestū est: sed q̄ pecunia est soluēda. ff. de re. auc. iudi. pos. l. iiij. Et hic reprobari vident due opiniones doctoꝝ legum quoꝝ quidā dixerūt q̄ rōne ꝯtus viatoꝛ rñdere cōpellit si cōueniat priusqꝫ inde discedat. Alij directe dixerunt contra. s. q̄ ꝯueniri nō posset priusqꝫ inde discedat: sed poterit si illuc postea reuertatur. He opiniōes hic tollunt: cū dicat indistincte q̄ rñdere nō cogit. Nec ob. ff. de iudi. l. ij. §. oēs. ꝛ. §. plane. vbi probari videntur iste opiniones: qꝛ in roma spāle est quod ibi dicitur que cōis est omniū patria. ff. ad municipa. roma. ꝛ. ꝫ. eo. ca. vl. Additio. Intellige hoc ꝑ modum sequentis §. Jo. an.

¶ Sciendū est quando dicatur quis forum sortiri ratione cōtractus. nā ratione solius cōtractus quis nō sortitur forum: sed requiritur q̄ interueniat aliud: videlicet q̄ tpe cōtractus habeat domiciliū in loco in q̄ cōtrahit: ꝛ tunc demū sortitur forū duplici ratione. s. rōne cōtract⁹ et rōne domicilij: donec mutauerit domiciliu: sʒ mutato domicilio. qō pōt: tunc sortit forū rōne solius cōtract⁹: ꝛ nō ratione domicilij: vel etiaʒ sortit forū rōne ꝯtractus: lʒ contrahēs nō habeat domiciliū in loco ꝯtus: puta si in vno loco exercet negociationem ꝛ residet in alio loco vt si esset aliquis vxoꝛatus qui resideret cum vxoꝛe sua Turonis ꝛ haberet suos factoꝛes in hac ciuitate cum quibus resideret ꝓ certa parte anni: tunc in hac ciuitate rōne solius contractus sortit forū. Secus in viatoꝛe: vt dixi: qꝛ rōne sol⁹ ꝯtus nō sortit forum: sed requirit q̄ habeat domiciliū in loco. Ex quibus pmissis cōcludit q̄ rōne solius cōtractus quis non sortitur foꝝ: sed vltra requirit q̄ ipse habeat domiciliū in loco ꝯtractus: vel faciat residentiā operando mercantias. vñ q̄diu ipe habet domiciliū pōt cōueniri in illo loco: vel q̄diu facit residentiam: sed mutato domicilio non potest amplius cōueniri. qꝛ remanet tñmodo solus cōtractus. l. iuris oꝛdinē. C. de iur. om. iud. ꝛ foro ꝯpe. Hoc psupposito casus in hoc. §. sic valet figurari. Ponamus cū haberē domiciliū in dioce. Burdega. contrari in ipsa diocesi: ꝛ remansi tibi obligat⁹ ex aliquo ꝯtu: anteqꝫ me cōuenires mutaui domiciliū ꝛ me trāstuli ad istā villā hoc facto tu q̄ es de diocesi Burg. vis me conuenire corā archiepō Burdegal. vtrum possit archieps me citare? Respondet ro. pō. aut possum inueniri ꝛ apprehēdi infra limites sue dioce. ꝛ tunc auctē sua poterit me citare: ꝛ ista citatio sua me artabit. aut nō possum inueniri infra dioce. sed vult me citare in alia diocesi. ꝛ tunc ipse poterit me citare ex q̄ sum de sua iurisditione rōne ꝯtus. tñ sua citatio nō habebit effectū artatiuum mee psone: nec poterit me tanqꝫ ꝯtum icē excōicare: sed tñ poterit me reputare cōtumacē q̄tū ad effectum missionis ex pmo decreto: qꝛ si non cōparuero dabit defectū ꝯ me: et si habeam bona i sua diocesi particulari: faciet missionē in illa bona. si aūt non habeā bona declarabit missionē esse faciēdā: ꝛ mādabit epō Picta. in cui⁹ epatu sunt mea bona vt mittat meā partē aduersam q̄ obtinuit defectū ꝯ me in possessionē bonoꝝ meoꝝ. Or scitissime pr: nunquid archiepūs Burdegaleñ. poterit suos tabelliōes mittere ad diocesim suoꝝ suffraganeoꝝ ꝓ recipiēdis ꝯtibus: ꝛ forte ꝓ recipiēda submissione partium iurisdi. ipsius archiepi? Rñdet q̄ nō. ꝛ si de facto mittat suos tabelliones ꝓ recipiēdis ꝯtib⁹ i dioc. suoꝝ suffraganeoꝝ: gesta p tabelliones nō valēt. Sed ponam⁹ q̄ archieps Burdeg. fecit citari officialē Pictaueñ. Rñ. q̄ nō pōt qꝛ in ipm nullā hʒ iurisditionē. ¶ Nō pꝛo ex isto §. ꝯhētes decisam eē q̄stionē quā formauit glo. in auc. qua in ꝓuincia. C. vbi de cri. agi opoꝛ. qꝛ si delinquēs in aliquo loco fugiat in alio: iudex delicti poterit eum sequi et petere vt iudex in cuius territoꝛio accessit eū capiat/et mittat ad ipsum iudicem: in cuius territo-

Casus §. contrahentes.

Casus §. nec clericos.

Notabilia.

Remissio fit in delictis sed non in contractibus

rio delicti. Sed in cōtractib⁹ est aliud: q̄r p̄t cogere ad litigādū corā se si inueniat ad locū cōtract⁹: alās nō: et sic in cōtractib⁹ nō fit remissio. sed sec⁹ fit in delictis: in quibus fit remissio ad locū delicti. ¶ Nota q̄ iudex extra suū territoriū non pōt citare realiter. Pro q̄ sciendū est q̄ citatio realis est captio psone: q̄ nō dz fieri extra territoriū iudicis sz dz requiri iudex loci in q̄ inuenit vt iudex illū capiat ꝛ tradat appitorib⁹ vincctū. Et ista rōne moti dicunt dñi tpales huius regni q̄ cū territoriū sit soli⁹ p̄ncipis secularis ꝛ nō epi vl' alior̄ plator̄ eccl'asticor̄ q̄ dñs secularis est dñs territorij i q̄ h̄z iurisdictionē ꝛ q̄r duo si p̄nt esse dñi eiusdē territorij soli ꝛ insolidum: ipe dñs tpalis debz nude ꝛ pure appellari dñs illi⁹ loci. Et sic epi si debēt appellari nude ꝛ pure dñi talis loci: sed dz addi dñs eps talis loci. ꝛ ista rōne moti dñi tpales dicūt q̄ epi non p̄nt facere captionē extra domos epales: q̄r non p̄nt cape extra suū territoriū. Sz ꝯ hoc est. c. cū eps. §. de offi. or. sed ipi dicūt q̄ viri eccl'astici fecerunt illud capl'm ad suam vtilitatē. Dic q̄ talia q̄ spālit' statuunt' ad diminutionē eccl'ie nō tenēt de iure canonico. ¶ Nota q̄ sicut iudex nō pōt facere citationē realē extra territorium. sic etiā nō pōt facere citationē ad hoc vt possit iudex ꝯtractus excōicare. q̄r excōicatio est pena afflictiua psone. ¶ Nota q̄ iudex p̄t facere citationē verbalez extra suū territoriū quo ad effectum cōstituendi reū in contumacia q̄ntum ad faciēdum missionē realē ex primo decreto. Et nō intelligatis d̄ p̄cepto de citādo: q̄d appellat' interlocutoria sñia iudicis. nā extra territoriū nō posset iudex facere illud p̄ceptum: sz itelligitur de actu citatiōis: iō si eps pictauē. mādet vt citet' talis: ꝛ in citatiōe dicat'. Datū turōis. citatio nō valet. ¶ Nota q̄ requisitio q̄ fit vt talis citet': appellat' iuris subsidiū. ꝛ vulgarit' appellat' rogam⁹. ꝛ si iudex vellet excōicationē ferre in aliquē qui nō est sue iurisdictiōis debet facere istā requisitionē: sz q̄ntum ad faciēdū missionē ex p̄mo decreto dicunt doc. q̄ illud iuris subsidiū nō est necessarium.

Epi regni frācie an habeāt territoriū ꝛ citatiōez reales facere possunt

c ¶ Inuitos. Dicebāt eni quidā q̄ remitti debebāt sicut in criminib⁹ cū in hoc parificent'. ¶ In auten. vt oēs obe. iudi. col. v. in. ij. col. In delictis aūt id seruat' ¶ In auē. vt nulli iudi. §. si q̄s p̄o. ꝛ §. seq. col. ix. Alij dicebāt q̄ si aberat latitādi aio iudex vbi requirebat' tenebat' remittē: alās debēt possideri bōa. ¶ Expeditū est vt hic vides. Addi. j. Quo ad for' sortiendū. nō q̄ ad tractionē i iudiciū fz Jo. mo. h' ꝛ pbat' h⁹. ff. d iu⁹ vo. l. ij. io. a. Additio. ij. Ut l cle. pastoral. de re iudi. post medīū. ꝯ. q̄ si punctio. vbi de hoc l glo. sz nunquid. Jo. a. Addi. iij. De hoc. ff. d iudi. heres absens §. j. Jo. an.

d ¶ Eor̄. archiepi vel official.

e ¶ Noscunt'. Ipi ꝯhētes. Dicebant quidā q̄ nllo casu iudex hoc decernē poterat: q̄d̄ h̄ reprobat' opi. ꝛ de hoc p hostiē. in summa. e. ti §. ij ꝯ. iterū rōne cōtractus.

b ¶ Preferri. Prefertur ergo: ⁊ hoc consequitur ꝙ gratia sua est ꝑpetua: cū alias si cōfirmatio pape nō interuenisset expirasset: finito legationis officio: si ad collationē vacātis ꝓcessum nō fuisset. ꝭ. de offi. lega. presenti. in pn. Et ꝑ hoc patet ꝙ cu per talē cōfirmationem acquiratur ⁊ augmentetur ius: ꝙ talem confirmationē impetrans de priorib⁹ bñficijs tenetur facere mentionē: ⁊ idem dico de recepto ꝓprio motu capituli. ad hoc. ꝭ. eo. ti. ⁊ li. c. ꝙuis. ⁊ meli⁹. eo. ti. c. nō pōt. si eīn in lr̄is ꝑ quas ius iā acquisitū cōseruatur. s. in dispēsatione sup pluralitate: tenetur impetrās beneficiorum suorū facere mentionē: multofortius in lr̄is ꝑ quas ius nouū acqrit: ⁊ acquisitū auget eius immutādo naturā: vt hic patet: et sic seruat curia. Nā ⁊ qui confirmat donat. ff. de ꝟbo. sig. l. obuenire. Additio. Et etiā no. Archidia. j. c. pri. vbi dicit Bonifaciū sic respondisse ab auditoribus consultū. Ipse tamē ibi prius tenuerat contrarium. Jo. an.

mus cōferēdū[a] eisdē) de iure ꝓferri[b] debebis in ꝓbēda post modū[c] mihi vacatura. Idē.

¶ Obstat taciturnitas obtēti bñficij licet modici: nisi constet ꝓuisionē factā ꝓprio motu pape: qui demū intelligit si hoc in littera exprimat. hoc dicit zen. Capitulum. xxvi.

Si motu proprio alicui aliquod beneficiū[d] obtinenti cōferamus aliud de illo nō habita mentione: non ob hoc[e] gratiā hmōi: que de nostra mera liberalitate ꝓcessit inualidam volumus reputari. ¶ Secus si ad petitionem illius vel alterius pro eodem oblatā gratiā hmōi facimus: tunc eīn (ꝗtumcūqȝ modicū[f] beneficiū taceat[g] in ea) ipsam veluti surrepticiā vires noluimus obtinere. ¶ Motu ꝗqȝ proprio tunc solū gratia fieri censeatur: cum hoc expresse[h] cautū fuerit in eadē. Idem.

Preterea lȝ valeant littere: nō propterea poterat benefi. ta retinere: cum per hoc secū dispensatum non sit. ꝭ. e. non pōt. in fi. optime facit. ꝭ. eo. li. de rescrip. gratia. Et ꝑ istā et illā vides duos casus in quibus valēt lr̄e lȝ de bñficio eius ꝓ quo scribitur mentio nō fiat. Additio. j. Secȝ Joan. mo. Additio. Idem Archidiaco.

e ¶ Ob hoc. s. ꝙ mentio nō fuerit habita. Additio. Quasi dicat ex alia causa bñ posset esse valida. Multa exempla de defectu natalū vel etatis. vitio corporis: bigamia: ⁊ similib⁹ que lȝ ꝑ viā surreptionis parti opponi nō possunt. opponūtur tñ ꝑ viā iuris cōis: cum proprius motus taliū dispensationē nō faciat. Et decre. eā te. de eta. ⁊ quali. dicit tales ꝑ lr̄as aplicas non recipiendos nō distinguēdo an fuerit vel nō proprio motu date. ⁊ adde qđ in tex. dixi. in. iiij. glo. Jo. and.

¶ Glo. se. specificat quid approbetur vel reprobetur.

f ¶ Modicū. Opinio ergo Ber. quā consuetudo curie approbat ꝑ decre. istā etiā approbat ⁊ reprobatur opi. G. Na. Inno. et se. quaciū qui ibi no. distinguēdū inter tacentē et mentiētem: vt in primo casu valerent littere si modicū erat beneficiū: in scđo non. Uincen. ⁊ Gof. distinguebant. ꝭ. eo. cū teneamur. ꝭ. de rescrip. postulasti. inter tacentem tale beneficiū per simplicitatem: ⁊ tūc valeat rescriptum: vel per dolum et tunc non valeat: per decre. de rescrip. super litteris.

¶ Glosa sequens soluit dubium.

g ¶ Taceatur. Indistincte intelligo. cū eīn ius non distinguat nec ego distinguā. vnde siue ꝑ maliciā siue ꝑ simplicitatē taceat locū habeat hec decre. illā tñ distinctionē approbat Inno. ꝭ. de rescrip. postulasti. ꝑ decre. eo. ti. sup litteris. que in lr̄is ad lites loquitur nō in gratiosis. Idem Archi. Additio. Non dicit per ignorantiā ꝓpter decre. gratia. ꝭ. eo. lib. de rescrip. Jo. an. Additio. Et Compostel.

¶ Glosa sequens soluit dubium.

h ¶ Expresse. Concor. ꝭ. eo. libro de rescrip. cum aliquibus. ꝭ. eo. ti. c. ij. ad fi. vnde dico ꝙ licet probaretur ꝙ papa proprio motu collationem fecit: ex quo nō exprimitur in litteris: locū habeat scđm dictum: et nō primū. quid enim scimus: forte papa ante annū rogatus fuerat pro illo. sufficit ita scriptum esse. ff. qui ⁊ a qui. l. ꝓserit. vj. q. iij. scriptum. Additio. Et econuerso: quia si papa exprimit ꝙ motu proprio ꝗtumcunqȝ aduersarius velit probare ꝙ ad impetrantis vel alterius instantiā hoc fecit papa: nō audietur propter rationem glo. ⁊ quia id esset papā arguere de mendacio quod non licet. ⁊ vide quod no. in clemen. de ꝓba. litteris. in glo. antepenul. Joan. and.

Motu proprio nō opatur dispēsationem.

diuisio

Si motu. ¶ Distinguit duo membra. Scđm ibi. Secus. Et pmū determiat ibi. Motu ꝗqȝ ꝓprio. Equa distinctio hui⁹ decre. Emanauit ad declarationē eorū q̄ no. glo. et moderni. ꝭ. de rescrip. si ꝓponēte.

Casus summarie.

¶ Casus. Michi obtinēti aliqđ simplex beneficiū: papa fecit grām. qz cōtulit michi aliud bñficiū: in impetratiōe tacui ꝙ haberē aliud bñficiū. vtrū lr̄e mee ad bñficia sint surrepticie? Rñ. ro. pō. cū distinctione. qz vel papa cōtulit michi aliud bñficiū motu suo ꝓprio vel ad petitionē meā cui ꝯtulit vł ad petitionē alteri⁹ ꝑmo mō qñ michi cōtulit bñficiū suo ꝓprio motu: tūc lr̄e mee nō sunt surrepticie: sȝ dabit michi optio an velim dimittere pmū bñficiū vel scđm. Si ꝟo cōtulit michi bñficiū ad petitionē meā vel alterius collatio dicitur esse surrepticia nisi in ea fieret expressa mentio de alio beneficio iam obtēto. Sed sanctissime pater velle informari a vobis qñ cognoscam ego ꝙ facta fuit a vobis collatio motu vestro ꝓprio? Rñ. ro. pon. collatio dicit fieri motu nostro ꝓprio qñ in collatiōe nostra exprimimus ꝙ fuit facta motu nr̄o proprio: puta si dicamus: nos motu nr̄o ꝓprio nō ad petitionem suā vel alterius. alr̄ si ista nō exprimantur in litteris nostris presumitur ꝙ fuit facta ad petitionem alterius.

¶ Glosa sequens querit ponit opi. contrariū soluit.

diuisio

Si pluribus. ¶ Primo ponit thema ex quo dubiū oritur quod distinguēdo soluit: ibi. Graciam. Secūdū mēbrū prosequitur: ibi. Si vero. et in vtroque rōnem reddit et subdistinguit: et in mēbris subdistinctis neglīgentiā punit: ibi. Alterutro. Declaratur hic dn̄icalis q̄stio Bar. brixiē. que incipit ep̄s quidam

Dicit quod declarat.

promisit auctē dn̄i pape: et vtitur pro papa eqitate. et .s. pri. decreta. Additio. Et scias quod bona fuit: sed nō sufficiens hec prouisio: vt patebit per ea que dicā super verbo. cuique. super. ij. glo. Joan. an. ¶ Casus Papa mādauit ep̄o pictauien. vt mihi prouideret de dignitate si que vacaret in sua dioce si aliquid de primo vacatura. tēpore illo vacaue rūt tres vel quatuor dignitates certum est quod nō possum habere nisi vnā ep̄s pictauiensis vult michi cōferre vnā ego autē peto aliam queritur cui dabitur optio? Rñ. ro. po. cū distictiōe quia aut ille dignitates sunt diuersi valoris: aut sunt eqlis valoris. Si sunt diuersi valoris est subdistinguendū: quia vel papa fecit michi gratiā motu proprio. tūc michi debetur dignitas pinguior et maioris valoris. Si aūt papa fecit michi gratiā ad mei postulationē vel alterius: tūc michi nō debetur nisi dignitas minoris valoris. Si vero dignitates sint eqlis valoris: tūc est in optiōe ep̄i quā voluerit michi conferre quod verum est. quando collatio est michi facta per papā ad mei requestā vel alterius: quia si esset michi facta collatio per papā motu suo proprio: tunc daretur michi optio. et infra decē dies potero eligere dignitatē quā voluero. et isti decem dies nō currūt nisi a tempore noticie. Et est hic tex. sicut decē dies ad appellādū nō currūt nisi a tēpore noticie. c. concertationi. alleg. in glosa.

Casus lfalis dn̄i henrye.

¶ Collatio facta motu proprio pape: pluribus bn̄ficijs in eadē ecclesia vacātibus simul intelligitur factā de pinguiori. sed si bn̄ficia sunt equalia ad eū spectat electio cui gratia est concessa. ¶ Collatio vero factā ad petitionē alterius ad minus bn̄ficium restringitur. si sint eq̄lia: eligit qui alias cōferebat. quo negligente alius eligit et etiam ecōtra. h. d. fin zen. ¶ C. xxiij.

Si pluribus simul in aliqua ecclesia vacātibus[a] dignitatibus vel pbendis: nos de hac vacatione incerti[b] dignitatē vel prebendā[c] (si qua nulli alij de iure debita in ipa vacat ecclesia) cuique in genere cōferamus. ¶ Gratiā huiusmodi si motu[d] proprio eam fecerimus (vt tūc fiat interpretatio plenissima in eadē) referri volumus ad dignitatē vel prebendā que inter illas maioris[e] censeatur esse valoris: seu (si sint forsan eq̄les) ad eā quā is cui cōferimus infra decēdiū post habitam de dicta vacatione noticiam[f] duxerit eligendam. ¶ Si vero ad petitionem alterius[g] ipsa gratia fuerit per nos facta: eā (vt hoc casu prout iuri[h] cōgruit restringatur) ad illā que minoris[i] valoris existit: seu si sit eq̄litas in eisdem: ad eā quā is ad quē ipsarum spectat collatio infra dictū tempus[k] elegerit[l] postque sibi huiusmodi gratia erit nota decernimus referendā. ¶ Alterutro quoque ipsorū (prout ad eū pertinet) infra tempus debitū eligere negligente: ad aliū extunc electio libere deuoluatur[m]. Idem.

¶ Nō debetur expectāti prebēda que per ep̄i prebēdarij morte vacat. h. d. fin zen. Cap. xxv.

Cum in ecclesia tua que xij. canonicorū. et. xiij.

locum habet et generaliter loquitur.

e ¶ Maioris. Maioritas consistit in multis. quod dic vt .s. de testi. super eo. ij. et no. .s. de rescrip. sedes. hic aūt inspici iussit maioritatē valoris. scit enim quod clerici hoc magis cupiūt. .s. de cle. nō resi. quia nōnulli. .s. eo. auaricie. excecātur quod auaricia vt .s. e. lib. de elec. auaricie cecitas.

nō intelligitur nisi id in gra exprimatur

f ¶ Noticiam nō quod currit ignorāti sicut nec decendiū datū ad appellādū. .s. e. lib. de ap. concertationi. si. de conces. prebē. quia diuersitatem. Jo. an.

g ¶ Alterius. s. ipsius cui sit vel alterius. vt .s. c. proximo.

h ¶ Juri. .s. e. quibus et c. nō pōt

i ¶ Minoris. .j. de reg. iur. in obscuris. .s. de cēsi. ex ptc. ff. de leg. ij. l. nummis.

k ¶ Dictū tēps. Scz decē dierū. ¶ Glosa sequēs alleg. tres contra. et soluit.

l ¶ Elegerit. Tunc quod det quā vult et sit libera tus vt. ff. māda. l. fideiussorē. ff. de leg. j. si quis a filio. §. si quis plures. C. de dona. si quis argentū. §. j. et no. quod in isto casu. et .s. pri. reseruatur optio: tūc solū quando est eq̄litas. vt tūc in primo casu eligat is pro quo scribitur: in scdo is qui cōferre habet: vnde nō puto quod in primo casu quando est ineq̄litas possit conferri minor: nec in secūdo maior: perinde enim est acsi primo casu papa expressisset de maiori: scdo vero de minori: sicut quod si expressum esset mutari nō posset. .j. eo. cui de non. ita nec hic cū habeatur pro expresso per hanc declarationē. Idem Archi.

l ¶ Elegerit. Si. .s. de rescrip. duobus.

m ¶ Deuoluatur. s. .s. eo. li. de consue. c. vlt. l si. Additio Et .s. eo. si tibi. ff. de leg. ij. statu liberū. §. stichū. et quod no. de rescrip. inter ceteras. in glo. penul. Joan. and.

a ¶ Uacantibus. Idem eadem ratione puto: quādo scriberetur de prima vacatura: et due simul vacarent: ita quod neutra primo.

b ¶ Incerti. Quia si certus fuisset expressisset quā dari voluisset. Additio. Dato tamē quod certus fuisset ex quo nō declarasset staretur huic diffinitioni.

c ¶ Uel prebendā. Nō sunt ista verba litterarū. (j) Sed mādauit de dignitate prouideri: et plures dignitates vacant: vel mandauit de prebenda et plures vacant prebende. Jo. an. Additio. j. Est ergo hec alternatiua canonis non hominis. s. ff. ex qui. cau. ma. l. si quis stipulatus. in prin. Jo. an.

Motus proprius

d ¶ Motu proprio. Quod non intelligitur nisi id in gratia exprimatur. vt .s. c. pri. in fi. illud enim omni casu

diuisio

Cum in ecclesia. ¶ Decidit casum dubiū: duplicē rationē interserēs. Et prima rō ibi. Ne cōtra. Secunda ibi. Et dictus Jo. an. approbatur quod no. hosti. .s. de conces. prebē. postulastis. in fi. et ponit terminos in ecclesia ebreduñ. (j) Habes hic casum quo vacat prebēda et nō debetur primo expectāti: et de hoc dixi. .s. e. quia sepe. in fi. Additio. Idem Archi. hic. Additio. j. Uide quod no. xiij. dist. in. c. ij. de canonico electo in ep̄m qui retinet prebendā. quod fm Lau. seruatur in ecclesia Cōpostel. et vide quod no. hostiē. in sum. eo. ti. §. cui sit. ver. beneficium seculare. Archidia.

Dicit quod approbat notat et remittit.

¶ Pro intellectu istius. c. est psupponendū illud quod habetur in. c. a collatiōe. .s. de ap. isto met libro videlz quod ep̄s pōt esse in caplo tanque canonicus et hre vocē in capitulo: aliquando vt prelatus et tunc nō habet vocē. vt ibi dicitur.

Presuppo. dn̄i henrye.

Casus lr alis dñi helye,

¶ Casus. Ponamꝰ ꝙ in eccl'ia picta. fuit obseruatũ ꝑ longũ tp̃s ⁊ sufficiẽs ad introducẽdũ ꝯsuetudinẽ ꝙ ep̃s haberet vocẽ in capl'o tanꝗ̃ canonicus lꝫ nõ esset canonicus: ⁊ ꝙ haberet vnã ꝓbendã vt ceteri canonici: q: in illa eccl'ia erãt. xiiij. ꝓbẽde: lꝫ nõ essent nisi. xij. canonici. postea papa mihi cõmisit canonicatũ i ipsa eccl'ia et mãdauit canonicis vt me reciperẽt in fratrẽ ⁊ canonicũ ⁊ prebendã si q̃ vacaret michi cõferrẽt alioquin ꝓxio vacaturã. accidit ꝙ ep̃s mortuꝰ est ⁊ sic vacauit sua prebẽda. querit̃ nũquid virtute mee grãe possum illã ꝓbẽdã petere? Certe nõ sed debeo expectare ꝙ ꝓbenda alicuiꝰ canonici vacet. nã papa nõ intẽdit ꝑ meã gratiã derogare cõsuetudini illius eccl'ie: ⁊ cũ ꝑ cõsuetudinẽ eccl'ie illa prebẽda debetur futuro ep̃o non possum illam petere.

prebẽdarum[a] habet numerũ cõsuetudinẽ[b] esse ꝓponas: vt ep̃s qui est ꝓ tẽpore vocẽ habeat in capl'o tãꝗ̃ canonicꝰ: lꝫ canonicus nõ existat: ⁊ vnã de dictis prebendis sicut vnꝰ canonicus obtineat in eadẽ: certum est eũ cui auctoritate apo. ꝓuideri mãdatur de prebenda nulli alij de iure debita proximo in ipsa ecclesia vacatura: prebendã quã ꝑ mortem ep̃i vacare cõtingit (Ne contra dictã cõsuetudinem[c] cui per prefatũ mandatũ nõ intelligitur derogari: futurꝰ ep̃s prebenda careat. Et dictus canonicorũ numerꝰ amplietur) hr̃e nõ posse: sed expectare debere quousꝗ̃ vacet alia: oportebit eũdẽ. Idem.

¶ Per adoptionẽ secũdi beneficij curati: cuius fructus alius ex cã percipit nõ vacat primũ. Joã. and. Capi. xxvj.

Si tibi cõcesso a nobis vt fructꝰ[d] bñficiorum q̃ vsꝗ̃ ad certũ tempus in tua vacabunt dioce. ꝑcipere valeas pro soluendis debitis[e]

Si tibi. ¶ Diuisione non eget. Joan. an. Uel dic. ponit thema ex quo surgit dubitatio ⁊ illam decidit ibi: equum est. Et pro declaratione tex. premitte qđ habes. s. co. de multa. Do. Emanauit hec decret. ad declarationẽ decre. de multa. s. co. titu. Additio. Et dicit Jo. mo. ꝙ ista decreta. ⁊ decre. si propter ð rescrip. ponũt quasi idem thema: lꝫ ad diuersas cõclusiones. Item per sequẽtia patet ꝙ ep̃o loquitur. lꝫ idẽ in quolibet alio propter idẽtitatem rationis. Joan. an.

da declarat.

¶ Pro itellectu huius. c. est presupponẽdum illud qđ dicit̃ i. c. de multa. eo. ti. in an. ⁊ in extrauagã. Jo. xxij. q̃ incipit execrabilis. videlꝫ ꝙ si alicui obtinẽti beneficium curatum cõferatur aliud beneficium curatum. et illud acceptet: post adeptam pacificã possessionem ipso iure vacat primum: ita ꝙ ep̃s poterit illud alteri conferre.

Presup. dñi helye.

a ¶ Xiiij. prebendarũ. Est ergo in ecclesijs interdũ reperire maiorẽ numerũ prebendarũ ꝗ̃ canonicorũ. vt hic. ⁊. s. de magistris. c. penul. Additio. Sicut ecõuerso. de consti. cum. M. s. eo. relatum. Jo. an.

b ¶ Consuetudinẽ. Ualet talis cõsuetudo: vt in predicta decre. postulastis. et. s. eo. lib. de ap. a collatiõe. ¶ Glo. se. format q̃stionẽ. arguit negatiue ⁊ tũ soluit.

Impetrans auctte ap̃lica prefert̃ obtinẽti collationem ab alio licꝫ ille ex ꝯsuetudine vl' alio iure speciali cõferat.

c ¶ Dictã cõsuetudinẽ. No. arg. ad questionẽ mediolanẽ. Cõsuetudo est mediolani ꝙ archiep̃s confert bñficia omniũ clericoꝝ vacãtia ꝑ vxorationẽ vel interfectionẽ ipsoꝝ clericoꝝ. vel pone est consuetudo in aliqua eccl'ia ꝙ canonicus electus in ep̃m conferat canonicatũ suũ ⁊ prebendã. est expectans auctoritate ap̃lica: vxoratur vel interficitur clericus: et in primo casu: vel ꝓmouetur canonicus in ep̃m. vt in scđo executor cõfert expectãti prebendã. archiep̃s vel ep̃s cõfert. querit̃ quis sit potior? videt̃ ꝙ papa non intẽdat derogare cõsuetudini vt hic: ⁊ sic nõ valet executoris collatio. Ad hoc. s. de cõsti. c. j. sed certe satis credo ꝙ valeat. quia papa intẽdit isti ꝓuideri de prima vacãte ad quẽcunꝗ̃ spectet collatio siue iure siue cõsuetudine siue priuilegio. qđ probatur. s. eo. dudum. ⁊. j. eo. Quis tibi. hic aũt duo cõcurrebãt: q: infringebat̃ cõsuetudo ⁊ augebatur numerus: ⁊ ratione cõnexitatis illa prebẽda debetur ep̃o. s. eo. q: sepe. Credo aũt satis ꝓbari per hanc decre. ꝙ si. xiiij. sunt prebende in ecclesia. ⁊. xij. canonici: q: alteri annexũ est onus magistri. ꝙ si illa prebẽda vacat nõ debeatur expectãti. Consuetudini ergo per quã prebẽda alteri debeatur nõ derogatur sed cõsuetudini per quam prebẽda ad collationẽ alterius pertineat derogat papa vbi determinate nõ scribit ad collationẽ talis. ad hoc. j. eo. titu. ca. vlti. Additio. Hoc tenet Jo. mo. dicẽs se sic in secũdo casu sentẽtiasse. alleg. ff. de contrahẽ. emp. si stulas. §. fi. C. de fer. omnes iudices. in fi. j. de rerum permuta. ca. vno. hoc etiã olim tenuit Archid. sed postea mutauit tenens quod sequitur. Jo. an.

Casus lr alis dñi helye.

¶ Casus. Cum ep̃s picta. esset grauatꝰ mole debitorum: accessit ad apo. se. ⁊ a papa impetrauit gratiam vt ipse ꝑciperet fructus primi anni olm bñficiorũ vacãtiũ in sua diocesi: vt inde ex illis fructibꝰ possit soluere sua debita: accidit ꝙ vacauit ecclesia parrochialis ep̃o picta. primo michi obtinẽti aliud bñficiũ curatum cõtulit istã ecclesiã parrochialẽ: quã acceptaui ⁊ adeptꝰ fui possessionẽ nũquid pendẽte anno quo ep̃s picta. percipit fructus illius eccl'ie: cẽsebitur meũ primũ beneficiũ vacare: ita ꝙ possit alteri ꝯferri ꝑ ep̃m? Rñdet ro. pon. dicens ꝙ equitati consonũ est: vt pendente anno quo ep̃s percipit fructus beneficij curati nõ vacet primũ. nã cũ ego non percipiã fructus istius beneficij nõ dicor plene habere possessionẽ illius secũdi beneficij. ideo licite potero retinere primũ beneficium. ⁊ sic istud ca. declarat. c. de multa. allega.

¶ Glo. seq. notat duo. ex scđo infert obiec. ⁊ remittit.

d ¶ Fructus. Nota q: alia est ista concessio ab illa quã habes. s. eo. lib. de rescrip. si gratiose. ibi enĩ concessum fuit de bñficijs: hic autẽ de fructibꝰ: hoc dico q: in illo casu virtute indulgẽtie nõ vacant bñficia. hic vacãt: ⁊ necesse est illa debito tp̃e ꝯferri: al's locũ hr̃et late. concil'. vt. s. vt eccle. bñfi. vt nostrũ. ⁊ no. de magistris. c. pe. in vlti. glo. ⁊ Hostiẽ. in decre. s. de ṽbo. sig. c. penul. Et intellige ꝙ si aliqua sint onera incũbẽtia: ille q̃ fructus ꝑcipit hꝫ illa subire: qđ dic. vt. s. eo. lib. de offi. or. presenti. §. porro. Quos aũt fructus talis hr̃e debeat: ⁊ quot dies habeat annus hoc casu dixi. s. eo. lib. de rescrip. si ꝓpter. Et ꝑ illũ. §. porro. satis videt̃ ista decre. et eius ratio esse superflua: cũ minister debeat expensas habere: quare ergo nõ vacat primũ: ex q̃ de secũdo recipit saltem victũ. Sed potuit esse ratio quã dixi in glo. quia nõ est. Additio. Et ꝑ extrauag. Joan. suscepti: de qua ibi dixi. Jo. an.

e ¶ Debitis. Ad idẽ. s. de ver. sig. c. pe. s. e. li. de rescrip. si ꝓpter. ⁊ idem si ꝓpter aliã causam. Additio.

Etiā si nō respiciat ecclīam sed notabilitatē vel prerogatiuā psone. fa. ℥. eo. de multa. in fi. Archi. ponit exēplū de guerra: litigio: lōga pegrinatione magna emptione: ⁊ q̄libet paupertate sine culpa. alleg. de cens. cū aplīs. de dona. aplīce. de reli. do. c. ij. xvj. q. j. ⁊ tria sm hostiē. Jo. and.

quib⁹ est tua ecclīa onerata[a]: bñficiū vacās postmodū curā habēs aiaꝝ annexā alicui sine bñficiū obtinēti te⁹ cōferre ꝯtingat. Equū est vt q̄ꝺ diu fruct⁹ ipsius ꝑceperis primū nō debeat reputari vacare[c].

Idē. ℭ Cum mādatur alicui nō sacerdotalis vel integra vel certi valoris ꝯferri ꝑbēda: sacerdotalis dimidia vel minoris valoris illi etiā volēti cōferri non poterit. Cap. xxvij.

Qui de nō[d] sacerdotali prebēda ꝓuideri mandaꝫ: sibi etiā volēti sacerdotalis auctoritate mādati hmōi cōferri neqbit. ℭ Similiter si in ecclīa in q̄ integre ac dimidie[e] ꝑbēde habētur: mādetur integra[f] ꝯferri ꝑbēda: quāq̄ ille ꝓ quo scriptū extitit dimidia velit esse contentus: ei de ipsa non poterit prouideri[g]. ℭ Idē cū iniūgiꝫ ꝓuideri alicui de ꝑbēda[h] certi valoris vt in ꝑbēda minoris valoris etiā illo volēte mādatū nō possit adimpleri: nō eñ hmōi mandata, quorū fines diligenter[i]

a ℭ Onerata. Ad que soluēda tenebatur ecclesia ex q̄ nomine ecclīe ⁊ ꝑ ei⁹ vtilitate erat ꝯcta. ℥. de sol. c. j.

b ℭ Te. Uel aliū: qr idē iuris cū eadem sit rō: ⁊ facit qđ dixi. ℥ eo. titu. si tibi.

ℭ Glo. seq. rōnē reddit. dat sine subdit cautelaꝫ deinde q̄rit arg. negatiue. soluit ꝯtū. ad q̄stionē obijcit ⁊ soluit.

c ℭ Uacare. qr non est adhuc adept⁹ plene: qr lꝫ bñficium habeat: fruct⁹ nō hꝫ ⁊ sic nō videt plene trāslatus. xxj. q. ij. si q̄s iā translat⁹. nā licet res dat: sit vacua possessio tradita non est. ff. de vsur. si stipulat⁹. j. rñso. ⁊ sic ad plenū recepisse nō videt. ad hoc. ff. cōmo. l. iij. ij. rñso. Et idē credo ꝺ decre. cū in cūctis. scꝫ q̄ si elapsum est tēpus de consecrādis epis: vel iā est cōsecratus: bñficia priora tenebit si fructus ꝯpatus alteri ex causa debeantur eadē ratione. Et caute faciet epūs qui talē indulgentiā hꝫ si bñficiū vacās ꝯferat al's bñficiato. pone eñ q̄ habere debeat fruct⁹ primi anni: primo anno habebit fruct⁹ secundi beneficij: scđo anno vacabit primū: ⁊ tūc habebit fructus primi: si adhuc durat indulgētia. Sed quero nū quid iste teneaꝫ infra annū ꝓmoueri? et videꝫ q̄ non per istud. c. nec videꝫ possessionē adept⁹ vsquequaq̄. nec integre. ⁊ fa. ℥. de elec. cum in cūctis ℌ. cū vero. Et hoc quidā ꝑ tenēt assertiue. Sed contrariū credo et dico q̄ bene currit tēpus ex quo habet exercitiū cure animarū liberum ⁊ pacificū. ad hoc. ℥. eo. lib. de elec. cōmiss. ℌ. j. ℭ Propter illud enim ordinari debet ad decre. cū in cūctis ℌ. cū vero. ibi: ecclesiasticoꝝ bonoꝝ administrationē ⁊c. dico q̄ administrationē iste habet: licet fructus nō habeat: facit pro hac parte. ℥. eo. lib. de elect. licet canon ibi: vt gregis sibi crediti ⁊c. Item quid dices in parrochiali ecclesia vbi non esset aliquis reditus: puta quia dos eius casmate vel alluuione perijsset. nōne teneretur rector eius ꝓmoueri? Dicam igitur q̄ qui tale beneficium recipit sibi imputet. xcj. dist. clericus victum. Sed oppones q̄ questio non procedit ex quo habebat primū beneficiū: quod retinet saltem ratione primi ꝓmoueri tenetur. Dico q̄ procedit: pone q̄ prima ecclesia curata sit collegiata. vt. ℥. de elect. statutum. eo. lib. vel super illa fuerit dispensatum: vel pone simpliciter nō fecit se ꝓmoueri prius atus est prima: nunquid ⁊ secunda? vnde bene procedit questio. Speciale igitur statuitur in hac decre. ne clerici mēdicare cogātur: ⁊ primū beneficiū simile non vacet: sed ne pereant anime: nichilomin⁹ ꝓmoueri tenetur. vt. ℥. dixi. Additio. j. Jo. mo. hic ⁊ ibi. Additio. ij. Idem ibi Archidia.

Bona cautela.

Promotus ad curatū dꝫ ifra āxū ad ordies promoueri lꝫ ecclīa nullos hēat reditus.

ℭ Qui de nō. ℭ Tria sunt dicta que patēt per paragraphos ⁊ finis omnia respicit. Joan. an.

ℭ Pro intellectu huius. c. p̄su ꝓponendū q̄ in q̄busdā ecclijs alique sunt ꝑbende q̄ dicunꝫ sacerdotales. alie diaconales. alie subdiaconales. ⁊ illud fuit introductū vt meli⁹ posset deseruiri diuino cultui. hoc ē aliq̄ que sunt ꝑbēde ad quas null⁹ ꝓmoueꝫ nisi sit sacerdos. alie diacōales ad quas diaconi ꝓmouēꝫ. alie subdiaconales q̄ ꝯferūꝫ subdiaconis. Item ꝑsupponēdū scđo q̄ in aliquib⁹ ecclijs sicut ē in ecclīa pꝺcta. aliq̄ sunt ꝑbēde integre. alie sunt dimidie ꝑbēde. qr canonicus habens illā dimidiā prebendam: percipit medietatē fructus alicuius prebende.

Diuisio.

Presuppo. dñi helye.

ℭ Casus. Papa mādauit epō pꝺcta. vt michi ꝓuideret de aliqua ꝑbēda nō sacerdotali in ecclīa pꝺcta. accidit q̄ vacauit aliq̄ ꝑbēda sacerdotalis. vtrū epūs virtute mee gr̄e possit michi illā ꝯferre? Certe nō. Sꝫ q̄ꝺ papa mādauit epō pꝺcta. vt in sua ecclīa in q̄ erāt prebēde integre alie dimidie. michi cōferret ꝑbēdā integrā. vtrū possit epūs michi ꝯferre dimidiā ꝑbēdā? Rñ. q̄ nō. Sꝫ po. q̄ papa mādauit michi ꝓuideri de ꝑbenda valoris centū libraꝝ. vacauit nūc aliq̄ ꝑbēda minoris valoris. vtpura valoris q̄nq̄ginta libraꝝ. vtꝝ possit de illa michi ꝓuideri? certe nō. Et rationē hoꝝ ponit ro. pō. nā fines mādati aplīci sunt diligēter obseruādi. in. l. diligēter. ff. mādati. ideo mādatū aplīcū nō debet extendi extra casus expressos in rescripto.

Casus ſ alis dñi helye.

Dubiū apertū.

d ℭ Nō sacerdotali. istud videbaꝫ lei⁹ fauorē appositū: vt nō cōpelleretur esse sacerdos: et tñ lei⁹ lesionē retorqueꝫ: ita q̄ etiā si vellet sacerdotalē hr̄e nō poterit ⁊ rō est. in fi. c. ⁊ vide qđ dixi. j. de reg. iur. qđ ob grām.

e ℭ Dimidie. Si vna prebēda diuidereꝫ in duas: q̄libet ꝑ se diceretur integra. ℥. eo. maiorib⁹. ⁊. c. vacante. sed hic vna prebēda diuidebaꝫ in duas. vel erant ibi prebēde q̄ sic vocabanꝫ integre ⁊ dimidie. qr medietatem redituū forte habebant respectu integrarum.

ℭ Glosa sequens querit et soluit.

f ℭ Integra. Quid si simplr̄ mādeꝫ ꝓuideri de prebēda dic ꝑ si ille ꝑbēde dimidie sunt diuerse qr pꝫ a toto iā sepata nō est pꝫ sꝫ totū: tūc de dimidia poterit ꝓuideri: vt sic aliud sit de integra scribē: ⁊ aliud simplr̄ scribere. ad hoc. j. eo. ti. et cui. Sꝫ si al's nulla esset diuisio: sed vna ꝑbēda diuidereꝫ in duas secus crederē: cū tūc nō de prebēda: sed de dimidia ꝓuidereꝫ. Additio Ad hoc. ff. de lega. ij. gatus ℌ. j. Jo. an. Additio. j. Idē Jo. mo. qui dicit se sic sententiasse. ⁊ idem Archi.

g ℭ Prouideri. Uide. j. non enim ⁊c.

h ℭ De prebēda. Et tunc in pensione ꝓuideri non poterit. vt. ℥. eo. titu. ℌuis. j. responso.

i ℭ Diligēter. ff. mā. diligēter. ⁊. ℥. de rescrip. cū dilecta. Additio Alle. Jo. mo. ff. ꝺ acq. here. l. si qs michi bona ℌ. pater filio. Archi. alle. ꝺ resti. spo. c. fi. Jo. an.

divisio

Licet ep̄s. ¶ Primo dicit bñficiū de iure vacans cōferri posse possessore nō vocato. Scḋo in dan da possessione dicit illū vocādum ibi. Illū tñ. Jo. an.

Dicit qd declarat.

Edita fuit ad declaratiōē decre. de multa. ẜ. eo. tit. ꝛ ad ꝓbatiōē eoꝝ q̄ ibidē not. Inno. ꝛ Hostie. ꝛ q̄ no. Guil. ẜ. ḋ elec. lꝫ canon. Additio Et Cōpost. ḋ re script. captm̄ in glo. magna. ꝟsi. itē q̄rit̄ vtrū executor datus ꝛ ver. sequētib⁹ Jo. an. Premitte ꝙ habens bñficiū curatum ꝛ obtinens secundū: ipso iure est priuatus primo ꝛ libere pōt con ferri. ẜ. e. ḋ mul ta. hic declarat̄ qd ipotat̄ ꝟbū libere. Dñicus.

Additio. d. helie.

¶ Istḋ. c. venit limitatiue ad. c. de multa. eo. ti. in an. vbi dicit̄ ꝙ si alicui obtinenti beneficiū curatū vel dignitatē vel psonatum conferatur aliud sibi bñficium incōpatibile. ꝛ adeptus fuerit possessionē pacificam. vacat primum bñficium. dicit in ca. commissa. de elec. ẜ. isto li. ꝙ etiā si steterit ꝑ ipsum cui est collatum secundū beneficiū q̄min⁹ adipiscat̄ possessionē pacificā vacat p̄mū bñficiū acsi apphēdisset possessionem pacificā. ꝛ poterit ep̄s p̄mū beneficiū cōferre alteri idonee ꝑsone. sed vtrū ep̄s possit istū cui contulit primū bñficium qḋ vacat ꝑ adeptionē alteri⁹ bñficij incōpatibilis inducere in possessionē realem absq̧ cognitione cause? R̄n. ꝙ nō. imo dꝫ ep̄s facere citari primū possessorē ꝛ ip̄m audire sup iure suo: q̄re retineat primū bñficiū cū adeptus fuerit possessionē pacificā secūdi bñficij. q̄ nisi alleget aliquā cām rōnabilē: poterit ep̄s inducere istum cui secūdo cōtulit illud beneficium in possessionem realem ipsius beneficij.

servari oportet) debēt ad casus alios q̄ expssos extendi. Idē. ¶ Scḋo bñficio curato effectualit̄ adepto primū conferre ei⁹ possessore irreqsito ꝯferri pōt: nō aūt ei⁹ possessio dari. ꝟm zen. Ca. xxviij.

Licet ep̄us[a] bñficiū qḋ cū animarū cura tenebas) postq̄ aliud recepisti cōsimile ac ipsius possessionem pacificā habuisti: vel per te stetit quo minus haberes eā dēb[b]) possit alteri de iure conferre[c] ¶ Illum tamē cui con tulerit non debebit te nō vocato[d] (cū tibi forsan ius possit competere retinendi[e]) in possessionē ipsi⁹ inducere corporalem. Idem. ¶ Sacerdotalis prebenda ꝑ simplex mandatū de ꝓuidendo: non nisi apto ad sacerdotium est conferenda. h. d. ꝟm zen. Et istud summariū pōt adaptari vtriq̧ lecture posite in. ij. glo. Domi. Capl'm. xxix.

Et cui prouideri mādatur simpliciter[f] de prebēda ꝓrio vacatura. ¶ Sa-

a ¶ Ep̄s. vel q̄libꝫ alt⁹ ad quē collō ꝑtinet: cū eadē sit rō ꝛ ꝑcilū indistincte loquit̄. io q̄ ad quē ꝑtinet de cre. ꝛc̄. cui ꝟbo declaratiue venit hec decre. vt. ẜ. dixi

b ¶ Eandem. sic. ẜ. eo. lib. de elec. commissa. ꝟ. j.

¶ Glosa seq. dubium soluit ꝛ rōnem reddit.

c ¶ Conferre. No. ex hoc tex. ꝙ decr. illa. ẜ. de elec. c. vl. e. li. lꝫ in cōfirmationib⁹ locū sibi vendicet: nō tñ in collationib⁹. vñ vides ꝙ nō facta aliqua vocatiōe pōt fieri collatio. ad idē facit. ẜ. e. tit. cū in illis ꝟ. cum aūt. ꝛ bñ dicit text⁹. de iure conferre: q̄ istud est regulare ꝙ rē ad collationē meam spectantē vel ius qḋ in eo habeo donare vel quocūq̧ alio titulo in aliū transferre possum detentione alteri⁹ nō ob. ff. de regu. iur. qui pōt. C. de here. vl' ac. ven. ꝑ totū. ff. de ꝯhen. emp. qui tabernas. ad hoc. ẜ. eo. venerabilis. ẜ. de feu. ca. ij. de possessione autem fiet quod sequitur.

¶ Glo. seq. fortificat textum.

d ¶ Te nō vocato. Nō ḡ remouebit̄ possessor a sua possessiōe vel quasi sine cause cognitione .j. et quo titulo possidet: lꝫ iniusto. xvj. q. iiij. volum⁹. ꝛ sic intelligat̄ de ꝯces. p̄bē. cū nostris. de resti. spol. in litteris. de cā pos. c. ij. ꝛ est expssum. C. de rei vendi. l. fi. hic est ꝙ vsufructuari⁹ vsufructu finito nō pōt a q̄si possessiōe expelli: immo ꝯ eū ageret̄ negatoria vel ex cautione de restituēda re ꝑstita. ff. si vsufruc. peta. l. vtifrui. j. rñ. ff. vsufruc. quēadmodū ca. l. j. ꝟ. hoc aūt. ngat ergo is cui collata est eccl'ia vt sibi tradat̄ possessio: in quo ꝑ cedet̄ summarie possessore vocato. C. si ꝑ vim vl' alio mō. l. vl. .j. Nemini eīm licet rē etiā sua auctoritate occupare. C. vnde vi. si qs in tantā. xvj. q. vj. placuit. ẜ. e. cū qui. ii. rñ. ad hoc. ẜ. de diuor. porro. Et qḋ hic dicit̄ idem intelligo ꝟm p̄dictos doctores i. ol eo casu in quo ꝑuatus est quis ip̄o iure. pone in terminis. ẜ. de elect. licet canon. lꝫ vtilis esset declaratio: vt dixi eo. ti. commissa. Additio. Vide quod dixi ꝑ Inno. ꝛ Hostien. de conces. p̄ben. cum nostris. super glo. penul. ad fi. Jo. an. Additio. j. Cognoscere aūt debet de canonica collatione petentis. et de iniusta detentione possessoris ꝟm Archidia. ẜ. de rescrip. olim. ꝛ scripsi in p̄dic. decret̄. cum nostris. super glo. ij. Jo. an. Additio .ij. Alleg. Archidi. ẜ. de restit. in integ. cum ex litteris. ad fi. ff. de requi. reis. l. ij. et iij. q. ix. modicas. Joan. an.

vsu fructuari⁹

finito vsufructu nō pōt a possessione ꝓpria expelli

¶ Glosa seq. exemplificat.

e ¶ Retinendi. Ut si sufficienter secum dispēsatum esset. ẜ. eo. nō pōt. vel ad tēpus hoc cōcessum. vt. ẜ. de rescrip. si gratiose. vel ex causa non percipit fruct⁹ secundi beneficij. ẜ. eo. ti. si tibi concesso. vel habet commendatam eam. ẜ. de elec. nemo.

divisio

Et cui. ¶ Decreta. tria facit. Primo ponit formā ꝓuisionis. Secundo soluit illius dubium. Tertio solutionem declarat. Secūdum ibi: sacerdotalis. Tertium ibi: sed aliam. Joan. an.

Casus l'falio d. helie

¶ Casus. Cum in eccl'ia Picta. essent alique prebende sacerdotales: alie nō: sed erant diaconales vel sub diaconales: papa fecit michi gratiam sub hac forma q̄ mandauit ep̄o Picta. vt michi ꝓuideret de p̄bēda in ecclesia Picta. simpl'r absq̧ alia specificatiōe vacauit p̄benda sacerdotalis. vtrū ep̄s illā michi nō ꝓmoto ad sacerdotiū possit cōferre? R̄ndet ꝙ nō. Sed qd si nōdū fui ꝓmot⁹ ad sacerdotium: sed tñ sum in etate legitima: puta. xxv. annoꝝ. in qua potero ꝓmoueri ad sacerdotiū an de illa p̄benda sacerdotali vacante possit michi ꝓuideri? certe sic. Et ista sunt vera: nisi al'r constaret de mente pape: puta si in l'ris pape diceret̄ nō obstātib⁹ q̄buscūq̧ ꝑ q̄ effect⁹ l'rarū nr̄arum posset impediri aut differri. nā tūc etiā de p̄benda sacerdotali posset michi ꝓuideri: lꝫ nondū essem etatis legitime in qua possem ꝓmoueri ad sacerdotium.

¶ Glosa seq. soluit dubium.

f ¶ Simpl'r. hoc nō sine mysterio dictū fuit. si ei in l'ris ꝯtineret̄ nō ob. aliq̄b⁹ ꝛc̄. ꝑ q̄ effect⁹ grē nr̄e ipediri valeat vl' differri: hic secus: q̄ ptꝫ ꝙ papa sibi vult prebendā dari. ordinem aūt recipiet cū etatis erit ad hoc apte: ꝛ super hoc vide declaratiōnē sub bulla.

Nō intelligas ꝑ modū ꝯſtōnis:ſed in quadā cā vt mi chi videtur. Nouarieñ. p̄bende obtinuit impetrās ꝯ opponentē: qꝛ ipſe nō habebat etatē ad ſacerdotium quā reqrebat p̄benda. Iſta rōne expſſa in papalib⁹ lr̄is ſup ſnīa editis ꝙ ipetrās habebat i lr̄is gr̄e clauſulā ſi obſtātib⁹ his per que effe ctus ⁊c̄. Jo.an.

a ¶ Sacerdotalis. Ex priuilegio Ber. ſtatuto vel cōſuetudine eccl'ie. Additio. Dicit Arch. vt ī eccl'ia boñ. iādudū in ipſa eccl'ia ꝯſtitū ꝯſului. ſ. in ea tūc nō eē p̄bēdas ſacerdotales vñ ex eo qꝛ ſi erat expſſe on⁹ ſacerdotij. vł al teri⁹ ordis p̄bēdie annexum: licet ibidē bene fuerat ſtatutū ꝙ eſſent tot diaconi tot pb̄ri ⁊c̄. Jo.an.

¶ Glo. ſeq. ſignat contrarium ⁊ ſoluit.

b ¶ Nōdū. Ergo nō iſpicimus tp̄s date: ſed tp̄s vacationis: vt ſi tūc eſt in etate bñ qd̄e: al's ſequēte expectet. ſed ꝯ. ȝ. co. li. de reſcrip. ſi eo tp̄e. vbi non inſpicit tp̄s quo vacat bñficium cū cura: imo ſolum tp̄s date. Solu. in curatis bñficijs ⁊ ipſoꝝ impetratione maioꝛ idoneitas requirit̄ ꝙ̄ in ſacerdotalib⁹ p̄bēdis. ȝ. e. cū in illis. de elec. ſtatutū. ⁊ ideo fauoꝛabilioꝛ eſt hec gr̄a ꝙ̄ illa. p̄terea hic loquit̄ gn̄aliter qđ genus ciuili ter eſt intelligendū. ff. de fu. l. ſi cui. p̄terea gr̄a illius decre. ſaltē in alia parte eſt duratura. hic autē poſſet gr̄a in totū extingui. Pone em̄ ꝙ oēs p̄bēde ibi eſſent ſacerdotales: ſi ǵ ille q̄ impetrauit ſibi ꝓuideri de bñficio cū cura vel ſine cura: tunc nō erat etatis idonee: ꝓ ea parte qua de curato expſſit: ſunt lr̄e vicioſe. ſi autē ſimpliciter ipetrauit ſup primo bñficio curatū non debebitur. ȝ. co. cum in illis: ſed ſecus cū impetro prouideri de p̄benda: vt hic vides.

¶ Glo. ſe. q̄rit. ar. ꝓ ⁊ ꝯ. ⁊ ſoluit. Iterū q̄rit. ar. ꝓ ⁊ ꝯ. ⁊ ſoluit

c ¶ Etate. Quā dicis hic ꝯgruā etatē? Dicendū videtur ꝙ etas. xx. annoꝝ. lxxviij. diſt. ca. j. ⁊. ij. vbi eſt expreſſum. Sed hodie ſi attigerit. xxv. annū ſatis eſt in etate legitima ꝑ decre. ȝ. de elec. cū in cunctis. ⁊ hoc approbat cle. de eta. ⁊ quali. gn̄a lxxviij. di. c. vi. ⁊ lem. et non dico hodie ſeruanda interſticia tēpoꝝ de quib⁹ habes. lxxvij. diſtin. c. ij. ⁊. iij. ⁊ per totum. Sed quid dices: iam erat ſacerdos: licet nō eſſet in etate legitima: nunqd debebit̄ ſibi p̄benda. Videt̄ ꝙ non: qꝛ non eſt in legitima etate: qđ reqrit hec lr̄a. ⁊ nō debemus reſpicere qd factū ſit ⁊c̄. vt. ȝ. de elec. cū cām. cū ſuis concoꝛ. bñ facit. ff. qñ di. le. ce. l. pe. ff. qui ſatiſda. cog. l. quotiēs. cū ſuis ꝯcoꝛ. Contra videt̄. ex q̄ em̄ promotus eſt tam qd querim⁹ etatē ad ꝓmouendū. recepit em̄ verum ordinē. de tēp. ordi. vel nō eſt compos. Primum credo. q cum tali īterdicēda ſit executio ordinis ſic ſuſcepti: vt in p̄dic. decre. vel nō eſt compos. ⁊ qꝛ non debet eē melioꝛ conditio ei⁹ qui deliquit. ȝ. e. cum qui. Additio. Et hoc tenet hic Archi. ſequens Hoſti. cui⁹ opi. poſui in. §. inferioꝛa. ſup glo. ij. Jo. an. Additio. ij. Idē hic Archi. qui etiā inducit ꝙ talis cū velit vti falſo duplomate puniendus eſt. ff. ad. l. coꝛne. de fal. l. eos. §. ſi. Jo. an.

Promotus ad ſacerdotiū añ etatem legitimā an ſit capax p̄bēde ſacerdotalis.

cerdotalis[a] prebenda conferri nō pōt: ſi nondū[b] in etate[c] tali exiſtat ꝙ poſſit ad ſacerdotiū ꝓmoueri. ¶ Sed aliā[d] expectare debebit. I dem.

¶ Ex mandato ſedis apoſtolice expectans aſſerta cauſa ea deficiēte bñficium petere impedit̄. h. d. ẜm ȝē. Ca. xxx.

S I pauper[e] clericus cui (cum beneficiū nullū haberet) mandabat̄ de beneficio (iuxta ſue ꝓbitatis merita) per epm̄ prouideri: aliud anteꝙ̄ ſit ꝓuiſum eidē beneficium fuerit aſſecutus: prouidere[f] ſibi epus (cum ceſſet cauſa[g] mādati) decetero non tenet̄. I dem. ¶ Ubi de pluralitate beneficij pluribus collati non conſtat primo poſſeſſio: deinde maioꝛ p̄rogatiua p̄fert̄. hoc dicit ẜm ȝen. Capitulum. xxxj.

b ¶ Aliā. Nō ſacerdotalē: vel etiā ſacerdotalem ſi tunc ꝑegerit etatē idoneā: vt. ȝ. dixi. Jo. an.

S I paup. Decidit caſum dubiū: rōnem interſerens ibi: cum eſſet. Additio. Et dicit Joā. mo. ꝙ hic datur inſtantia ad regulā factū legitime. ⁊ ibi remittit. Jo. an.

¶ Caſus. Papa mādauit epo pictauē. in forma pauperū vt Titio clerico ꝓuideret de bñficio ꝯpetēti ẜm merita ipſi⁹ Titij vt ide poſſet ſuſtētari. Anteꝙ̄ eps̄ picta. illi ꝓuideret de bñficio cōpetēti ipſe Titius adept⁹ fuit aliqđ bñficiū: ex quo licite poſſat ſuſtētari: poſtea vacauit beneficiū in collatiōe epi picta. vtrū de illo poſſit ꝓuidere eidē Titio? videt̄ ꝙ ſic: al's ſua gr̄a ſibi de nihilo ſeruiret. Non obſtante iſta rōne dubitādi decidit hic ro. pōt. ꝯtrū: videlicet ꝙ eps̄ picta. de bñficio vacāte nō poterit Titio ꝓuidere. ⁊ rō hui⁹ eſt: qꝛ cū modo habeat bñficiū ex quo pōt viuere. ⁊ ſic ceſſet cauſa ſue gr̄e debet ceſſare effectus.

Diuiſio

Caſus ſ̄falis ꝺ. helle

¶ Gloſa ſeq. reci. ꝑ. q. quā diſtinguendo ſoluit.

e ¶ Paup. Nota qꝛ non ſine myſterio dictū puto. ſi enim in gratia ſpeciali ꝓuiſum ſit alicui: ⁊ poſtea ante vacationē adipiſcat̄ aliud bñficiū: non expirat gr̄a ij hec em̄ decre. loquit̄ de forma q̄ ꝓuidet neceſſitati pauperū q̄ eſt iuſticia ij vel q̄ſi. de p̄bē. cū ẜm. Prouiſione igit̄ facta ipetranti ceſſat cā iuris: ⁊ ſic ipſi⁹ executio. ⁊ facit. j. co. ſi eps̄. j. rn̄. in fi. ibi. ꝑ eū vel aliū ⁊c̄. ius em̄ beneficiatū non beneficiat. ȝ. eo. qꝛ intantum Et hoc verū puto niſi adeptū bñficiū ſe nō ꝯpateret. iij cū p̄ma gr̄a: ſi iam haberet effectū: vt in duob⁹ curatis. ȝ. eo. de multa. cum em̄ in eo caſu periret ius in re: multo forti⁹ ad rem. j. de cōceſ. p̄bē. c. vlti. et hoc approbat cle. de reſcrip. gr̄e. Additio. Idem Joan. mo. ⁊ Archi. et de hoc ꝑ Jo. de deo ī ſua q̄ſtione. xxiij. primi libri. vbi dicebat ꝙ ſi lr̄is cōtinebat̄ eum nullū habere bñficiū: ⁊ ſic erat tp̄e date rei ꝟitas iudex pronunciabit illud beneficiū ſibi deberi. Ego nō curo de illa clauſula: ⁊ tene quod ſequitur in glo. Joan. and. Additio. ij. Juſtum eſt clericum beneficiari ī vico potiſſime de quo eſt. C. de epiſ. ⁊ cleri. in eccl'ijs. Jo. and. Addit. iij. Facit quod not. de litigāte dixi poſt Inno. ȝ. de reſcrip. in noſtra. Jo. an.

f ¶ Prouidere. Tal' forma ēt in lr̄is gr̄e nō extēdit̄ ad hoſpitalia vel loca ſil'ia. vt in cle. eo. ti. per litteras

¶ Glo. ſeq. exponit. q̄rit ⁊ ſoluit etiam diſtinguendo.

g ¶ Ceſſet cā mādati. ⁊ ſic ceſſabit effectus. ⁊ q̄ erat cā: qꝛ nullū habebat bñficiū. ⁊ ſic cā iuſticie potius ꝙ̄ gr̄e: vt. ȝ. dixi. ꝯtoꝛ. ȝ. de ap. cū ceſſante. cū ſi. Sȝ qd dices: pone. ē illi ꝓuiſuȝ de vicaria nūqd ꝑ id expirabit mādatū? So. ſi vicaria eſt tp̄alis pone in termis. ȝ. e. li. de ele. cū ex eo. ī fi. ⁊. j. de regu. bñficiū. ȝ. de ap. pueniit. ij. ꝓ tūc nō expirabit mādatū: qꝛ bñficiat⁹ nō eſt: cum bñficia ſint ꝑpetua. Sed ſi vicaria eſt perpetua vt. ȝ. eo. extirpande. tunc ſecus. ȝ. de reſcript. poſtulaſti. Idem Archi. Additio. j. ȝ. de vo. ca. ſi. ȝ. eo. lib. de elec. cū ex eo. ⁊ cōſti. Joan. execrabilis. in fi. Joā. and.

Uicari⁹ an dicat̄ hr̄e bñficiū.

Si a sede apl̃ica vel legato^a ipsi^9 vni et ab ordiario alteri eodẽ die idẽ bñficiũ cõferat: nec appareat^b q̃ collatio fuerit prio fctã: erit potior conditio possidentis^c.

¶ Si vero neuter^d possideat is cui sedes ipsa contulit vel legat^9 (ppter cõferentis ampliorem prerogatiuam^e) erit alteri^f preferendus. Idem.

¶ Religiosus hñs prioratũ vel ecclesiã curatã si recipis scdm sine licẽtia pape: ipso iure vacat primum qd si statim nõ dimiserit, efficit ineligibilis et priuat vtroq;. Eadẽ est pena i his q̃ habebãt añ hãc cõstitutionẽ: nisi infra mẽsem alterũ elegerint: et alterũ dimiserint. h. d. vsq; ad §. prohibemus. Jo. an. Capl'z. xxxij.

Cum singl'a officia sint singulis committẽda

diuisio Casus Iralis dñi helye.

Si a sede. ¶ Soluit casum dubium distinguens duo membra. Secundũ ibi. Si vero. Jo. an.

¶ Casus Uacante aliqua eccl'ia parrochiali vel aliq̃ alio bñficio. impetraui illud bñficiũ a legato cardinali tũc in his partibus existẽti. eadẽ die epi pictaueñ. tibi cõtulit illud beneficiũ. querit qs nostrum debeat habere illud beneficium vtrum ego q̃ habeo collat'o'ne a legato de latere vl' tu qui habes collationem ab epo Picta. Rñdet ro. ponti. cũ distinctiõe: aut tu habes possessionẽ illi^9 bñficij: et tunc es preferendus. l3 habeã collationẽ a legato pape et non tu. aut econtra. ego sum possessor et tunc sine dubio sum potior. ideo sum tibi preferendus. Sed ponamus q neuter nostrũ est in possessiõe. querit quis sit potior in collatione? Respõdet; q ego q̃ habeo collationẽ a legato: et nõ tu: et ppter excellentiã et prerogatiuã ipsi^9 legati de latere sum tibi preferẽdus. Et ista sunt vera. dum tñ nõ possit apparere p testes vl' alia pbationũ genera q̃ collatio fuerit prior. nam licet iste due collationes sint facte eadem die. tamen potuit esse q episcopus Pictaueñ. fecit tibi collationem istius beneficij tali die de mane. et q legat^9 fecit michi collationẽ hora vesperarũ. tunc eñi si de hoc posset cõstare tu esses potior: et ideo esses preferẽdus.

Notabilia. ¶ Nota primo q legatus de latere potest conferre beneficia ex sua generali commissione legationis. secus est in legatis natis et missis. nã tales nõ possunt beneficia cõferre: nisi haberẽt sup hoc specialẽ potestatẽ.

¶ Nota principalẽ effectum huius. c. videl3 q si eadẽ die papa vel suus legatus contulerit michi aliqd beneficium. et eadẽ die (ita q nõ põt cõstare que collatio sit prior et posterior) epis fecerit tibi collationem illius beneficij qui primo adeptus fuit possessionẽ illius beneficij est preferẽdus. si aũt neuter possideat. tũc ego qui habeo collationẽ a papa vel a suo legato sum potior in assignatione beneficij.

¶ Glosa sequens soluit quattuor dubia.

a ¶ Legato. Intelligas de legato de latere. (!) Qr alij beneficia cõferre nõ possunt: nisi haberẽt specialẽ super hoc potestatem. §. de offi. lega. c. j. Quid dices si papa contulit vni et legatus alteri? Dic idẽ qd. j. sequitur in papa vel legato ex vna parte et ordinario ex altera: quia eadem ratio. Idem dico si papa vni legatus alteri: ordinarius tertio cõtulerit: in archiepo autem et episcopo et suis subditis dubitatio non procedit: quia ad alterum solum pertinebat collatio: et illa sola valuit. [illegible] Uide quod no. de offi. lega. ca. penul. in glo. ij. Joan. and.

b ¶ Nec appareat. Si eñi posset apparere que fuerit primo facta: ille obtinebit. [illegible] vt si pbibetur per testes de hora: vel in ipsis litteris dicitur de hora. et facit qd dixi. §. de rescrip. duobus. vbi idẽ verbũ habes [illegible] Uterq; ergo probare poterit. et obtinebit q̃ melius probauerit. de renun. super hoc. de proba. ex litteris. Joan. an.

c ¶ Possidẽtis. Magnũ ergo est possessionis cõmodum. C. de rei ven. l. res alienas. insti. de interdi. §. retinende. j. de reg. iur. in pari. cum suis cõcor. Ad e no. Alleg. Archi. xvj. q. iiij. volum^9. vt lit. pen. p totũ. Jo. mo. alleg. vt eccle. be. c. vno. post prin. optime facit ad casum. ff. de pigno. si debitor. cuius casum pono. j. de reg. iur. cũ sunt. Jo. an.

d ¶ Neut. Ut vterq;: nec apparet qt tũc primo idẽ ius. §. de rescrip. duobus ij. rñso. in prin.

e ¶ Prerogatiuã sic. §. d ma. et obe. per tuas.

f ¶ Alteri. Cui ztulit ordinari^9

Cum singula officia. diuisio

¶ Prio ponit zstitutiõis cãm. Scdo zstitutionẽ circa religiosos: ibi. Presenti. In q̃ tria facit. primo puidet circa futura et penã apponit. scdo: ibi. Circa. puidet circa pterita sub eadẽ pena. Tertio: ibi pbibem^9. puidet circa administratiões vel officia vni^9 mõasterij nõ cõmittenda monachis alterius monasterij et penã apponit cõmittenti et recipiẽti. Emanauit ad declarationẽ eo: q̃ no. Hosti. §. co. de multa. Jo. an. [illegible] Dicebat. Jo. mo. q hec decre. obuiat ambitiõi monachorũ et eã multiplicibus penis cõstringit. Jo. and. Dicit qd declarat.

¶ Casus Abbas monasterij sctĩ Cypriani alicui^9 ex suis monachis habẽti prioratũ vel aliqd bñficiũ curatũ voluit sibi cõferre aliud bñficiũ curatũ. vtrũ talis monachus possit istud scdm bñficiũ absq; auctoritate pape obtinere? Rñdet q nõ: al's ipso iure vacat primũ bñficium. et tenet ipse monachus dimittere primũ beneficiũ statim vt conferatur alteri. qd si nõ fecerit efficit ipse monachus ineligibilis: et tãq; ambitiosus debet vtroq; priuari. quod verum est siue ipsi monachi deseruiãt illis prioratibus et ecclesijs curatis per seipsos siue p vicarios institutos p epm ad p̃sentatione ipso: iuxta. c. de monachis. eo. ti. l an. fallit si vnũ isto bñficiorũ esset alteri annexũ: qr tũc nõ haberent locũ pene supradicte: cũ ista duo bñficia reputent p vno. c. dudũ. §. de elec. Sed qd si solita sunt et cõsueta cõferri solis monachis illius monasterij: vtrũ possint cõferri monachis monasterij noui Pictaueñ. vel alterius monasterij: qd nõ subest monasterio sancti Cypriani. Rñdet ro. pon. q nõ. nisi cũ auctoritate apost. se. qd verũ est: si in monasterio sancti Cypriani reperiantur psone idonee: ad obtinendũ illa beneficia: qr si non possent reperiri persone idonee possent assumi de monasterio monasterij noui vel alteri^9 monasterij nõ subiecti monasterio sancti Cypriani etiã absq; licẽtia pape: verũtamẽ securi^9 esset q requireret auctoritas pape. Sed quid: ponam^9 q de facto factũ fuit cõtrarium. vtrũ cõtra faciẽtes et nõ obediẽtes huic constitutioni debeãt puniri aliqua pena? Rñdet ro. põ. q sic. nã prelatus qui cõtulit prioratu^9 vel alias administrationes monachis alterius monasterij est priuatus cõferẽdi illas administrationes p illa vice: et potestas cõferendi illa beneficia p illa vice defertur diocesano loci: nisi monasteria sint subiecta immediate ro. pon. qr tunc ptãs cõferendi defert ad papã. Quid

Casus Iralis dñi helye.

Casus §. phibemus.

de recipiētibus ⁊ detinētib⁹ illa bñficia? Rñdet. sunt ineligibiles ipso iure: nec tenet collatio sibi de dictis bñficijs facta. ¶ Nota ex pn. c. ꝙ singl'a officia debēt cōmitti singulis psonis ⁊ vna psona nō dꝫ hr̄e duo beneficia: sicut in corpe hūano quodlibet mēbrū habet suū propriū operationē nec exercet actū alteri⁹ mēbri. lxxxix. di. stu. c. j. in prin.

Notabilis.

¶ Nota sing. ꝙ ca. de multa. eo. ti. in an. etiā hꝫ locū in prioratibus. ⁊ nō solū in eccl'ijs prochialib⁹ vt hꝭ dr̄. Nā mōacho obtinēti vnū prioratū nō pōt ali⁹ prioratus ↄferri nisi ille esset annexus pmo prioratui: sꝫ tūc nō dr̄ hr̄e nisi vnicū bñficiū. nā isti duo pro vno reputāt. c. dudum. de elec. ¶ Nota vlteri⁹ ꝙ religios⁹ vni⁹ mōasterij nō dꝫ assumi ad bñficiū vel prioratū alteri⁹ monasterij. ¶ Nota insuper penam q̄ imponit illis q̄ faciūt cōtra istam cōstitutionē.

a ¶ Personis. lxxxix. dis. c. j. in prin. sicut singula mēbra corporis singl'os act⁹ habēt vt ibi: ad idem. xvj. q. j. pbyteros. ꝫ. eo. ti. quia intantū. C. de asses. l. nemo.

personis[a]: et dissolutionis ac euagationis materia sit religiosis pre ceteris auferēda[b]. ¶ Presenti prohibemus edicto ne aliq̄ monachi vel religiosi alij pluribꝰ prioratib⁹[c] vel eccl'ijs curam habētibus animarū: etiā si eadē cura nō p ipsos sed p pbr̄os ad eorum presentationē p ep̄os institutos habeat exerceri: absq̄[d] sedis aplice auctē preesse presumāt: nisi forte vn⁹ ex eis ab alio depēdeat vel adinuicem sint annexi[e]. Statuentes vt quicūq̄ ipsoꝝ prioratū vel ecclesiam talē obtinēs aliū receperit: primū q̄ sit ipso iure priuatus statim oīno dimitte re teneat[f]: p eū ad quē pertinuerit libere[g] alteri cōferendum. Qd̄ nisi fecerit[h] extunc eoipso efficiat ineligibilis[i] et tanq̄ ambitiosus ab vtroq̄ penit⁹ repellat. ¶ Circa eos autē q̄ plures prioratus vel ecclesias huiusmodi nūc deti nēt prouidemus: vt infra mensem[k] postq̄ presens constitutio puenerit[l] ad eosdē: vnum ex ipsis quem retinere voluerint (reliquis dimissis) eligere[m] teneant: alioq̄n extūc[n] penis subiacēat supradictis[o].

¶ Prioratus ⁊ ecclesie vel administrationes vnius monasterij solite per ipsius monachos gubernari: absq̄ sedis aplice licentia alterius monasterij monachis nō cōmittantur: nec cōmissa dimittantur. Qui contra fecerint sint priuati potestate ordinādi predicta ea vice: ⁊ deferē ad diocesanum in nō exēptis: et ad papā in exēptis. Recipiētes vel detinentes als eligentes sunt ieligibiles ipso iure. h. d.

¶ Prohibemus insuper ne prioratꝰ vel eccl'ie aut administrationes seu officia vni⁹ monasterij cōsueta p eosdem monachos gubernari: cōmittant deinceps absq̄ auctoritate sedis eiusdē alterius monasterij monachis gubernāda[p]: nec hactenus cōmissa dimittant eisdē: sꝫ p eos ad q̄s ptinēt libere ordinent. Cū illis nō liceat hr̄e locum in di-

b ¶ Auferēda. Ad hoc. ꝫ. eo. ti. de elec. si religiosus j. rñ. ⁊ c. quodā. et c. indēnitatibus. §. sꝫ cū eas. J. de regu. c. vno. J. ne cle. vel mo. c. ij. monasteriū em̄ est eis quasi carcer. xvj. q. j. placuit. ij. d̄ sentē. excōi. vt fame. ¶ Glosa sequens soluit dubium.

c ¶ Prioratibus. Pōt dici etiā nō curatis. ⁊ q̄d. J. dr̄ de cura referat ad prime dictū de eccl'ijs p decre. ꝫ. e. de multa. ꝫ. de elec. dudū. ij. ⁊ hoc approbat cōcil'. Uiennē. de supplen. negli. prela. q̄ regulares. in fi. In casu aūt est dissimilitudo inter personatus ⁊ parrochiales ecclesias quam habes. J. ne cleri. vel mona. capi. j. Additio. Idem Joan. mo. ⁊ Archidia.

d ¶ Absq̄ se. apo. no. ar. p illa opinione ꝙ in duob⁹ curatis solus papa dispēset. ad idē. ꝫ. eo. ti. nō potest.

e ¶ Annexi. In his casib⁹ nulli⁹ dispēsatio est necessaria: cū hec duo p vno reputent. ꝫ. de elect. dudū. ij. vbi de hoc. ꝫ. eo. ti. sup eo. ⁊ c. extirpāde. §. qui vero.

f ¶ Teneatur. Inquantum possidet de facto: quia de iure priuatus est.

g ¶ Libere. ꝫ. eo. licet episcopus.

h ¶ Qd̄ nisi fecerit. i. si statim oīno non dimiserit. ¶ Glosa sequens obijcit ⁊ soluit.

¶ Casus. Titi⁹ cleric⁹ obtinēs bñficiū eccl'iasticū intrauit religionē et accepit habitum: tñ nō facit adhuc pfessionē tacitā vel exp̄ssam: sed adhuc in anno pbationis est. Eps ad quē spectat collatio illius beneficij vult illud cōferre durāte anno pbationis: an possit? Rñ. ro. pon. q nō. qḋ verum est: nisi in casibus certis. Pum⁹ casus est si intrās religionē ifra annū pbationis cōsentiat vt eps possit tale bñficiū conferre: q: tūc eps posset de illo bñficio disponere. nā talis cōsensus habet p renūciatione. Scḋo casus est si intrans religionē durante anno pbationis fecit pfessionē tacitā vl' expressam: q: tūc vacaret bñficiū etiā si illa pfessio solū obligaret ad religionē in gñe. Tertius casus est si appareat q intrās religionē voluerit oino vitā mutare ꝛ dimittere seculū. ꝛ tūc statim q cōstaret de mutatione vite poterit conferre bñficiū. Sed sanctissime pater: si pēdente anno pbationis nō vacet beneficiū qd fiet de bñficio: q: nouicius nō illi bñficio deseruire pōt? Rñdet q illi bñficio erit puidēdum de vicario q̄ deseruiet in diuinis: ꝛ p sustētatione vite habebit cōgruā portionē ex redditibus beneficij. ¶ Nota primo principalē effectū ad quē emanauit p̄ns capl'm q pendente anno pbationis nō vacat beneficium intrātis religionē. ideo eps illud bñficiū cōferre nō poterit nisi in casib⁹ hic expressis. ¶ Nota si constet ingressum religionē voluisse vitā mutare: q: declarauit animū suū q nūq̄ rediret ad sclm: tūc bñficiū censet vacare. ¶ Nota vlteri⁹ q cū bñficiatus nō pōt deseruire suo beneficio diocesanus debet puidere cōstituēdo vicariū qui illi bñficio puideat: ꝛ illi vicario assignat congrua portio: ꝛ residuū reseruabit intrāti vel successori. Sed nunq̄d intrans religionē pōt hr̄e fructus sui bñficij durante anno pbationis? Rñdet q nō. sed fructus cōseruabunt: ꝛ si intrās religionē reuertat ad seculū: illos fruct⁹ recuperabit. nō aūt habebit illos fructus ipse intrās durāte anno pbationis. Ratio est: q: existēs in anno pbationis dz esse in summa paupertate al's non posset experiri asperitates religionis.

Notabilia.

¶ Glo. seq. soluit questionem.

a ¶ Probationis annū. Per hanc litterā credo q si minor. xiiij. an. ingrediat religionē q ante finem. xv. an. bñficiū suū nō poterit ei cōferri. q: xv. an. est annus pbationis in illo. ꝫ. eo. ca. j. qḋ verū est: nisi post annū. xiiij. aliqḋ de his q̄ sequūtur interueniat: bñficio autē nil deperit: cum de puentibus illi deseruiat: vt dicitur in fine. Additio. Idem hic Archidia.

¶ Glosa seq. primo signat cōtrariū qḋ dupliciter soluit. scḋo soluit dubium. tertio querit et soluit. quarto querit et soluit et solutionem declarat. quinto querit. argu. pro ꝛ contra. ꝛ soluit.

b ¶ Cōferendū. cōtra vt in p̄dicta decre. ꝫ. de renū. ex trāsmissa. vbi tenuit collatio facta infra annū pbationis: sed dic fm Hosti. q ibi cū recuperauerat bona sua: renūciauerat bñficio suo exp̄sse in ingressu vel ante igressum: qḋ satis videt. al's q̄re decre. illa poneret sub titu. de renun. Uel dic q illa intelligit fm primū casum inferius exceptū fm alios nō pōt intelligi: q: papa nō mādasset postea illū de nouo recipi. Si igit bñficiū tale nō est cōferēdū ergo tēpus nō currit ei ad quē spectat ꝯferre. de ꝯcess. prebē. q: diuersitatē. de elec. c. vlti. ꝛ merito cū adhuc nō vacet effectualiter: nō currit tēpus cū nō nisi a vacatione currat. ꝫ. de elec. ne p defectu. de ꝯcess. prebē. c. ij. Sed qd dices si nō habebat ius in re: sed ad rem: nūquid perit infra pbationis annū ius illud? Credo eadē rōne q nō. ꝛ in decre. de cōcess. prebē. c. vlti. illud fuit pp̄ter reuocatoriā ꝛ ei⁹ verba ad idē de prebē. c. antepenul. Sed nunq̄d cōstituto in pbatione poterit cōferri bñficiū? Puto q nō: q: dubi⁹ est status et tam fingit ibi religiosus q̄ ad puilegium immunitatis. j. de sen. excō. religioso. ij. rñso. ꝛ statu dubius nō pmouet ad militiā. ff. de re mili. q̄ status. ff. de libe. cau. q̄ de libertate. ꝛ iā p hoc induceret ad religionē dimittendam. qḋ esse nō debet. ꝫ. de elect. quorūdā. xij. q. ij. bone rei. nā plātare religionē/ ꝛ plātatā fouere deb em⁹. ꝫ. de priuile. cupi ꝛ plātare. et hoc intelligo de bñficio qḋ per regulares possideri nō possit: ad episcopatum autē in seculari et regulari ecclesia talis eligi potest. ꝫ. eo. lib. de elec. nullus. Sed nūquid canonicus ecclesie cathedralis q̄ est in probatione habit⁹ ꝛ regule in aliquo monasterio vocari debet ad electionē epi que tunc imminet facienda: ꝛ dicamus monasteriū esse in loco vicino de quo al's vocari deberet: et q non apparet illū vitam voluisse mutare? et videtur q sic p istā decre. retinet enim bñficiū suū ergo et iura ex eo prouenientia. nec eñ ex eo q ad bonū aspirat: ꝛ vitā religiosam pbat: dz ei⁹ cōditio fieri deterior. xvj. q. j. sunt nōnulli. Itē video q contrahit matrimoniū carnale: ergo ꝛ spirituale cōtrahere poterit. licet enim de vno ad reliquū arguere. xxj. q. ij. sicut. ꝫ. de trāsla. p totū. Itē eligere prelatū eccl'e etiā epm cadit i religiosum etiā pfessum. ꝫ. de elec. cumana. immo et religiosi ad talia sunt vocādi. lxxiij. di. obeūtibus. Itē video q in statu libero inspicimus statū pristinū. ff. de sta. libe. l. statuliberum. ꝛ. l. statuliberi a ceteris. sic ꝛ in nouitio pristinū ꝛ nō statū regularē. q̄ forte erit ꝛ forte nō erit cōsiderare debem⁹/ maxie cū precedēs status certus sit ꝛ sequēs incert⁹. ad hoc de pe. dist. vij. c. vlt. Itē tacēs hereditas obtinet vicē defuncti q̄ certus fuit. non heredis q̄ est incert⁹: q: lz cert⁹ sit institut⁹ forte repudiabit. insti. de here. insti. ꝟ. seruus alien⁹. Itē appellatione ꝛ denūciatiōe ꝛ lite pēdēte nil dz inouari in p̄iudiciū appellātis denūciātis vel litigātis. ij. q. vij. appellatiōe. ff. nil inno. l rubro ꝛ nigro. ꝫ. de no. ope. nū. p totū. ꝫ. vt lit. pē. c. j. ꝛ. ij. sic ꝛ tpe pbationis in p̄iudiciū nouitij eo absente nō fiet electio. Itē dato q nollet vel nō posset venire: procuratorem cōstituere poterit per concilium/ quia propter. de elec. pro hac parte facit. ff. de bo. posses. ex testa. mili. l. vna. in fi. ꝛ. ff. de leg. iij. l. questitū. j. respōso. et. ff. de fun. instru. leg. l. sete. ꝟ. pāphile. ꝛ. l. predia. In contrariū videtur: q in solitudine et silentio debet fieri probatio. ad id. xvj. q. j. ca.

Ingrediēs religionē an ifra annū pbatiōis perdat ius ad rem qḋ hz ad bñficiū.

Canonic⁹ ecclesie cathedralis existēs ifra annū pbationis ꝛ an debeat vocari ad electionē epi.

j.z.ij.de sta.mo.cū ad monasteriū. z ex exitu claustri timet periculū.de pe.dis.v.c.j.ad fi. z q̄ sitem cū alijs vitā suscipiūt zc̄.de sta.mo.recolentes.z talis q̄s esse putat qualē habitū ostendit.j.de sentē.excō.si iudex laic⁹.z dissimiliter viuere debet nouiti⁹ ne videat se culū mutare nō fugere.liij.di.le ge.z ꝓpter simi litudinē ꝯputat q̄s in eoꝝ nūero in quoꝝ nūero i veritate nō est. s.de biga.nup. Item talis quo ad immunitatē religiosus cesetur de sen.exc. reli. gioso.ij.rñ.z bñ facit lr̃a ipsi⁹ decretalis que dicit ta lē nō esse religiosum cū effectu.quasi dicat cū religio sum.sed reuocabiliter ad instar eius q̄d dicitur de ta cite ꝓfesso qui penitet infra triduū.s.eo.constitutio nem.z.c.ad nostram.vnde iura.s.eo.super eo.cōsul ti.postulasti.statuimus.z.s.eo.lib.z ti.c.j.z.ij.dicūt talem redire vel remeare ad seculū.patet igitur q̄ se culum exuerat alr̃s redire non posset.et est si.de cōse. disti.iiij.qui in maternis.j.de here.accusatus.debet ergo iste nouiti⁹ aut in totum dimittere:aut in totum amplecti:sicut pupill⁹:aut oīa noīa tutoris debet ra ta habere:aut oīa respuere.ff.de admi.tu.cū querit. ad idē de ꝯse.dis.ij.comperim⁹. Item dato q̄ in alijs tractatibus capl̃i absentes nō debeāt vocari f̄m ea q̄ no.x.q.ij.hoc ius.z dixi.s.de testi.pñtiū.tñ nō pōt ne gari qn debeāt vocari ad receptiōes canonicoꝝ:z ad cessationes diuinoꝝ faciēdas.s.eo.lib.de p̄ben.cū in ecclijs.z de offi.ordi.q̄uis. Si igit ad electionē prela ti z ad p̄dicta vocabit:z sic sepe discurret:quō mona steriū ꝓbabit mores ei⁹:forte tūc inhoneste viuet cū exibit claustrū.z sic infringet decre.ad nostram.s.e. ti. Itē iste incertus de statu suo certā legē dicere non pōt.ff.de testa.l.qui in pñt.z.l.se.z idē in eo qui igno rat an sit captiu⁹/an a latrūculis capt⁹.ff.de leg.iij. l.j.j.rñso.ergo nec electionē facere:q debet esse certa. s.e.li.de elec.c.ij.z bene facit ꝓ hac parte qui cle.vel vo.ꝯsuluit:vbi dicit q̄ habit⁹ sine ꝓfessione impedit ne contrahat.z idē.s.de offi.dele.iudex.c.li.vbi ꝑ so lam ꝓpositionem recusationis etiā ante cām finitam impeditur delegat⁹ pape facere q̄d alr̃s sibi de iure cō petit.s.delegare nisi volente recusatore.sic dicā q̄ an professionē per solā probationē impediat talis elige re:nisi de grã ꝑ capl̃m vocaret.ad idē bñ facit.s.e.li. de temp.ordi.cū nullus.in fi.z.j.de priui.c.j.in fi.vbi qui reuocabiliter manet in loco naturā loci sortit:ad idem optime.s.eo.lib.de ꝓcura.c.ij.duobus modis. Primo q2 ibi ingressus religionis intelligo etiā cā ꝓ bationis:vt ibi dixi:z absentia in loco remoto equipa rantur.sed si in remoto loco iste esset absens nō debe ret vocari:ergo nec igressus religionē. Item ibi ꝓcu rator q̄ erat dñs litis ꝑ cōtest.per ingressum religiōis amittit vsum litis:sic dicā canonicū ꝑ igressum amit tere vsum vocis quā in capl̃o habebat:amittere dico quo ad actū nō quo ad habitū ad idē.C.de cura.fu.cū alijs.z hoc verū credo.puto eñ locū esse illi clausule cōcilij q2 ꝓpter.volūt z pñt zc̄.q̄si iste sic in ꝓbatione manēdo interim videat nolle. Nec ob.hec decre.non eñ simpliciter ex iure beneficij ꝓcedit ius eligēdi:q̄d ꝓbat.s.de elec.cū in cūctis.z ca.cū vintonien.z.s.e. ti.eo.lib.ex eo q̄.cū si. Sec⁹ crederē in patrono vt in eo ad quē nō iure collegij:sed iure singulari specta ret electio. [Additio] Et in his ꝓcedat dictū Archidi. forti⁹ eñ ē ius q̄d spectat ad aliquē iure singulari q̄ q̄d spectat iure collegij.z facili⁹ euellit f̄m q̄ primū. vt patet ꝑ no.de ꝯsti.cum oēs.in.j.glo. hinc est etiam q̄ ius collegij n̄ transit in mona sterium ꝑ ꝓfessio nē:sed ius ꝑua ti bñ trāsit.xix. q.iij.si qua. Jo. and. Additio.j. Clemē.vt hi q̄.de eta.z qualit. Jo.and.

Nisi ad id ipsi⁹ accedat as sensus[a]:aut cōstet[b] q̄ vitā vo luerit absolute mutare:vl' ꝓ fessionē[c] exp̄ssam fecerit seu[d] scient[e] habitū receperit ꝓfes sorū[f]. Sed iterum[g] eidem bñficio ꝑ aliū deseruiri debe bit[h] assignata sibi cōgrua de ipsi⁹ ꝓuētib⁹ portiōe.[i] I dē.

Scd̃m votum solenne reli gionis derogat priori simpli ci hoc dicit Joannes de fan.

QUi post votū Cap.v. a se de certa religione

a Assensus Tūc eñ bñficio renunciat.z ideo licite alteri confert.et sic intelliga tur decre.s.de renun.ex trāsmissa.

b Aut cōstet.scd̃s casus:z dic cōstet clara proba tione.vel cōpetentibus indicijs.s.eo.non solum.

c Uel ꝓfessionē.terti⁹ casus.itelligo alicui de ap probatis religionibus.vt.j.ti.pxi.c.vno.

d Seu.quartus casus.

e Scienter.s.eo.sicut tenor.z.s.c.proxi.

f Professorum. vbi distinctus est. vt dixi.s.e.c.j.

Glosa sequens dubium z obiectionem soluit.

g Sed iterum.ꝓuidit ꝑsonis:modo ꝓuidet eccle sijs ad idē.s.de elec.cū nobis olim.z.c.cū ex eo.c.li.z ꝓuisio executiōi mādabit ꝑ epm.vt in p̄dicta.decre. cū ex eo.§.porro.sed spōse nō sic est ꝑ vicariū ꝓuiden dū:z iō ipa ibi artat.de ꝯuer.cōiuga.ex publico.pro pter q̄d dicebāt quidā idē in clerico bñficiato.z male

h Debebit in officijs diuinis.etiam in cura si cu ratum esset beneficium.

Glosa sequens recitetur per questionem.

i Portione. Et reliq̄ portio ꝯseruabit ipsi eidem. Jo.an.vel in vtilitatē eccl'ie expendet.s.de elec.q2 se pe.de offi.ordi.pñti.§.porro. Nec credo q̄ dari de beat ipsi q̄ est in ꝓbatiōe.tā eñ nō bñ ꝓbaret si tales redit⁹ interim haberet Bar.brix.contradicēs q̄ Tā. sic tenebat:scz q̄ ille interim debeat habere fructus: q2 adhuc nō est monachus z pōt reuerti. hoc dixit in questione q̄dā clericus.circa finē questionū suarum. Fatet tñ ibi q̄ cōsuetudo se habet in contrarium. [Additio] Archi.q̄ tenet cū Tan.z Bar.brix. respon det ad hec duo capitula q̄ loquuntur in ecclesijs va cantibus.istud aūt non vacat vt hic patet. Joā.and. Additio.ij. Est venerialis.lxix. Jo.an.

Ingrediēs religionē an possit recipere fruct⁹ bñficij īfra annū ꝓbationis.

QUi post. Simplex votū de certa religione in tranda:tollit ꝑ sequēs solēne alteri⁹ religiōis z laxioris.h.d. Et ponit dictū cui⁹ rōnē itersterit.ibi.cui tāc̄z.z subdit de pena ibi:ꝓ voto. Premitte quod est dare votum solēne et votū simplex. de quibus.j.titu. proxi.ca.j. Emanauit ad declarationem eius q̄d no. Ber.s.eo.porrectum. [Additio] Et f̄m Archi. eorum que no.xxvij.q.j.in sum.z.ca.j.Joan.an.

Summarium.

Casus. Ponamus q̄ ego feci votū de intranda re ligiōe sancti Benedicti:z steti in simplicib⁹ finib⁹ vo ti.postea voto nō cōpleto intraui religionem laxiorē puta religionem sancti Augustini:z feci votum solen ne.nūquid per istud votū solenne est ruptū primum votum simplex? Respondetur q̄ sic.tamē peccaui rū pendo primum votum simplex.z pro illo peccato de beo confiteri z agere penitentiam. Secus si primum votum esset solēne:tunc non rumperetur per sequēs votum etiam solenne.

Casus istalis d.hette

a ¶ Intrãda. Nota ꝓbũ qꝛ aliud est religionẽ ꝓfiteri: aliud vouere de intrando vel ꝓfitendo. In pmo casu nõ loquit̃ hec decre. qꝛ talis etiã seculari habitu nõ mutato iã monach⁹ illi⁹ religiõis dr. ꝭ.eo. sicut nobis ꝛ caplo cõstitutionẽ. qꝛ habu⁹. ꝛc. ꝭ.eo. porrectũ. in secundo casu loquit̃ decre.
¶ Glo.se. soluit dubium.
b ¶ Laxiorẽ. qꝛ de strictiori ñ dubitat̃: qꝛ ẽt si esset ꝓfessus posset ad districtiorẽ trãsire. ꝭ.eo. licet. sꝫ de pari ꝛ laxiori dubitabat̃. ꝛ pl⁹ de laxiori: ꝛ ideo dicit etiã laxiorẽ. Additio. Et sic nõ esset loc⁹ ipo nende pnie de q̃ finis loquit̃ ꝼm Arch. q̃ alleg. ꝙ votũ vl' ꝓpositũ nõ ifrigit dꝫ mutari i meli⁹. ꝭ. de treuia. puẽit. ꝭ. ꝭ vo. ꝭ scripture. ꝭ. ꝭ regu. lꝫ. Jo. an.

Votũ nõ ifringit cũ i meli⁹ cõmutatur.

intranda[a] emissum religionẽ aliã etiã laxiorẽ[b] igredit̃ ꝛ ꝓfitet̃ in ipsa: põt voto non obstante priori cui tanq̃ simplici p scõm solẽne noscit̃ derogatũ) remanere licite i eadẽ. ¶ Pro voto tñ non cõpleto erit eidẽ penitẽtia[c] iponẽda.

I dẽ. ¶ Uacãte monasterio cõuent⁹ nouũ recipit monachũ si cõiter ad abbatẽ ꝛ cõs spectat si ad abbatem solum secus. h. d. Do. Capitulũ. vj.

S I ad solũ abbatẽ ptineat[b] creatio mõachorũ: eo defuncto neq̃bit nou⁹ monach⁹ a cõuẽtu creari[c]. ¶ Als poterit si eorum creatio spectat isimul ad vtrũq̃[f].

¶ De voto ꝛ voti redẽptiõe. Bonifaci⁹. viij. bitereñ. epõ. ¶ Uotũ solennizatũ p susceptionẽ sacri ordinis vel p ꝓfessionẽ factam alicui de religionib⁹ p sedẽ apo. approbatis dirimit matrimoniũ post contractum. al's solum impedit ꝛ non dirimit. h. d. secundum zen. Capitulum vnicũ.

Q Uod votum debeat dici solẽne: ac ad dirimenduꝫ m̃rimonium efficax nos cõsulere vo-

de non solenni ꝛ pena trãsgressoris. Emanauit ad declarationẽ eoꝝ q̃ no. Jo. xxvij. q. j. in pn. ꝛ ca. j. ꝛ Ber. q̃ cle. vel vo. rursus. Additio. Et Innoc. de regu. porrectum. de fri. fraternitatis. sup ver. aliogn. Jo. an.

Dicit qd declarat.

¶ Presupponendũ est p intellectu huius capl'i illud qd habet̃ i glo. magna i ca. rursus q̃ clerici vel vouẽtes. in an. videlꝫ ꝙ votum castitatꝭ solẽne ipedit matrimoniũ contrahendũ ꝛ etiã contractũ dirimit. Si aũt sit votũ simplex ipedit matrimoniũ ꝯtrahendũ: sed non dirimit iam ꝯtum. Istd cap. emanauit ad declarandũ qd dicat̃ votum solẽne ꝛ qd dicat̃ votum simplex. Nã q̃dam dicebãt ꝙ votũ solenne dr qñ qs promittis ex nũc ꝯtinẽtiã. sꝫ votũ simplex dr qñ qs ex nũc vouet ꝙ post ãnũ vouebit ꝑpetuã continẽtiã. ¶ Casus. hoc ꝓsupposito sic figurat̃. Epõ bitereñ. in ꝓsentia pape ꝯstitut⁹ q̃suit ab eodẽ. Scitissime pr iure cautũ reperio ꝙ votũ castitatis solẽnizatũ impedit m̃rimoniũ ꝯhẽdũ: ꝛ dirimit iã ꝯtũ. Uotũ ꝟo simplex non dirimit matrimoniũ iam ꝯtum licet veniens cõtra peccet mortalit̃. Itẽ reperio altercationẽ inter doctores qd votũ dicat̃ simplex: ꝛ qd votũ dicat̃ solẽnizatũ. occasiõe hui⁹ vellẽ informari qd votũ appellat̃ simplex ꝛ qd solẽne? Rñ. ro. põ. ꝙ oẽ votũ castitatis dr simplex siue sit de ꝓsenti siue sit de futuro: dũmodo nõ sit solennizatũ p ꝓfessionem tacitã vel expssam: qꝛ tunc diceret̃ votũ solẽne vt nõ teneat matrimoniũ ꝯtũ. vł' ꝗ qs suscepit sacros ordĩes: puta subdiaconat⁹ dr votũ solẽne. al's aũt dr votũ simplex: sine qs dicat. ex nũc voueo castitatẽ: siue etiam dicat. promitto ꝙ post annũ vouebo castitatẽ. ꝛ sic patet ꝙ istud ca. nõ facit ius nouũ: sed solũ declarat illa q̃ notantur in dicto capitu. rursus. qui cleri. vel vouentes.

Casus ifalis d. helie

Dicit qd declarat.

c ¶ Penitentia. tãto durior q̃nto manifesti⁹ fuit votum. ꝭ. ti. pri. ca. vno. in fine.

Diuisio

S I ad solũ abbatẽ. ¶ Distiguit duo membra. secundũ ibi: al's. Emanauit ad declarationem decre. ꝭ. de elec. officij. ꝛ eoꝝ que ibi not. Mo. et Guil. in spec. de statu mona. ꝟsi. xrj. Jo. an.

Dicit qd declarat

Casus ifalis d. helie

¶ Casus. Ponamus ꝙ de cõsuetudine vel priuilegio creatio monachorum monasterij sancti Cypriani spectat ad solũ abbatẽ: qꝛ de iure cõi spectat ad abbatẽ ꝛ cõuentum simul: ita ꝙ solus abbas de iure cõi nõ posset creare monachos sine consensu sui conuentus. Accidit ꝙ abbas est mortuus. vtrũ mortuo abbate possit cõuentus solus creare monachos? Rñdetur ꝙ nõ. Secus si creatio monachoꝝ spectaret ad abbatem ꝛ cõuentum simul. nam in isto casu mortuo abbate posset solus cõuentus creare monachos de nouo.

d ¶ Pertineat. de ꝯsuetudine ꝓscripta vel ꝓuilegio al's de iure ptinet sit̃ ad vtrũq̃. ꝭ. de hꝪ q̃ fi. a pla. ea noscit̃. Additio. j. Idẽ Jo. mo. ꝛ Archi. Jo. an.

¶ Glo. seq. dat simile.

e ¶ Creari. Sicut mortuo ꝓlato ad quẽ ptinet bñficij collatio caplm nõ ꝯfert. ꝭ. ne se. va. ca. vno. qd cum isto concordat. Additio. ꝛ ꝼmullã intelligas istã. ꝙ. s. vbi solus abbas hoc facit: licet de ꝯsensu vł' ꝯsilio monachorũ illo mortuo nõ transit in capitulũ. Jo. an.

¶ Glosa seq. soluit dubium.

f ¶ Ad vtrũq̃. multo forti⁹ si ad cõuẽtũ tñ. et qꝛ de hoc nõ dubitabatur: ideo fuit omissum.

Continuatio d. helie

¶ De voto ꝛ voti redẽptione. ¶ Dictũ fuit. ꝭ. ti. pri. de voto in specie. puta de voto religiõis: nũc vidẽdũ est de voto in gñe. iõ post rubricã ꝓcedentẽ annectit̃ rubrica de voto ꝛ voti redemptione.

Q Uod votũ. ¶ In pma cõsultatio. In scba respõsio ibi: nos igit̃ que pmittit motuũ: scba ibi: ꝓfitis. ponẽs solennis voti duas spẽs. scba ibi: aut. tertia ibi: reliqua: põit

Notabilia.

¶ Nota pmo ex isto cap. ꝙ solẽnitas voti est inducta ex cõstitutiõe eccl'ie: ꝛ sic nõ est ipm votũ qd impedit matrimoniũ vel dirimit: sed est ipa ꝯstitutio ecclesie. Ex quo ptꝫ ꝙ ꝯstitutio eccl'ie põt habiles ad cõtrahẽdũ matrimoniũ inhabilitare: ꝛ ecõtra põt inhabiles habilitare. Nã de lege diuina qñ aliq̃ erant in dispari gradu distante equaliter a stipite nõ poterant contrahere: vt pro hoc est glo. notabilis in. c. litteras. de resti. spo. in an. ¶ Nota ꝙ matrimoniũ fuit institutũ in statu innocentie: quia ꝼm doctores est duplex institutio matrimonij. Prima est ad ꝓlem ꝓcreãdã: ꝛ illa fuit facta in statu innocentie ante peccatũ primi hoĩs. Alia est institutio matrimonij ad euitãdam fornicationem: ꝛ illa fuit facta post peccatũ Ade. ꝛ sic intelligunt̃ iura facientia p ꝯrio. ¶ Nota vlteri⁹ ꝙ vinculũ matrimonij est indissolubile. Sꝫ vtrũ istud itelligat̃ ꝙ vinculum matrimonij sit indissolubile loquẽdo de

Matrimonij institutio fuit duplex.

matrimonio consummato copula carnali vel non cōsummato. Cōis opi. docto. est q̄ mrī̄ unonitū nō cōsumatū pōt papa rūpere. lȝ Panor. teneat contrariū in c. ex publico. de cōuer. coniug. in anti. ⁊ mouet̄ p istā ratiōnē. q: quos deus ꝯiūxit homo non separet. Sed ad istā rōnē rn̄dēt doctores dicēdo q̄ illud intelligit̄ de copula carnali. ita vt sit sensus. quos deus cōiūxit copula carnali: et post mr̄imoniū cōsummatū hō non separet.

Mrio= niū carnaliter nō ꝯsū matuȝ an̄ p pa pā posſit dissolui.

¶ Nota vlteri⁹ pncipalē effectū hui⁹ capituli videlicȝ q̄ votū castitatis dicit̄ solēnisatū quantū ad dirimēdū matrimoniū iā cōtractū p susceptionē sacri ordinis vel p pfessionē tacitā vel expssaȝ. Et quo patet q̄ sacer ordo habet annexū votū cōtinentie: lȝ expsse nō dicat̄ in susceptiōe sacri ordinis q̄ ipse suscipiēs vouet castitatē. ¶ No. q̄ ad hoc vt votū religionis obliget pfitētē opȝ q̄ faciat pfessionem alicui religioni approbate.

iussi. ¶ Nos igit̄ attēdētes q̄ voti solēnitas ex sola cōstitutiōe eccl̄ie est inuēta: matrimonij ꝟo viculū ab ipo eccl̄ie capite rerū oim ꝯditore ipm in paradiso ⁊ in statu innocētie[a] institutēte vnionē ⁊ idisso lubilitatē accepit. ¶ Presentis declarādū durim⁹ oraculo sanctionis: illud solū votū debere dici solēne quantū ad post ꝯtractū mr̄imoniū dirimēdū qđ solēnizatū fuerit p susceptionē sacri ordis[b] Aut p pfessionē expssam vel tacitā[c] factā alicui de religiōib⁹ p sedē aplicā[d] approbatis[e]. ¶ Reliqua ꝟo vota: ⁊ si qñq̄ mr̄imoniū impediāt ꝯtrahēdū[f]. ⁊ q̄to manifesti⁹ sunt emissa: tāto ppt̄ pluriū scādalū ⁊ exēpla durioꝛ pnia trāsgressorib⁹ debeat̄[g]: non tñ rescidere pñt mr̄imōia post cōtracta. ¶ De statu regulariū

Bonifacius octauus.

¶ Moniales tacite vel expsse professe clausuras monasterij exire non pñt: nec alij illas intrare: nisi cā legitima/ et superioris licentia interueniat. h. d.

Ca. vnicum.



Ericuloso et detestabili q̄rundam monialium statui que hone

Spōsalia de pñti q̄re dissoluūt p igressum in religiōis: ⁊ non p susceptionē sacri ordinis.

in clerico seculari. Non obstat hec decr. immo potī⁹ cōcordat: quia equiparat ista quo ad dirimēdum matrimoniū post contractuȝ q̄si quo ad dirimēdum prius cōtractū paria non sint: imo disparia ratiōib⁹ predictis plura eñ pfitendo promittit monachus q̄ recipiēdo sacrum ordinem cleric⁹ Additio. j. In glosa penul. super qua scripsi opinio. Hostien Jo. an.

tatem ordines recipere nō potest. Est aūt ratio quare hoc speciale est in religiosis: quia mortui sunt mundo. xvj. q. j. placuit. vnde sicut mors naturalis solueret sponsalia: sic ⁊ ista ciuilis permittente canone. de conuer. cōiuga. verū. ⁊ c. ex publico. que ratio deficit

¶ Glosa ista no. contra opinionem.

a ¶ In statu innocētie. j. añ pctm̄. Et no. ꝯ illos q̄ dicūt mr̄imōiū fuisse istitutū p hec ꝟba. Crescite ⁊ multiplicamini. sȝ vt hic vides i paradiso ⁊ añ pctm̄ institutū fuit. ⁊ p illa ꝟba pthoplasti. H⁹ nūc os ex ossib⁹ meis ⁊c. Gen. ij. c. in fi. ⁊. xxvij. q. ij. lex diuine. Additio. Uide qđ dixi. s. de fri. ⁊ malefi. c. fi. sup glo. sile. Jo. a.

¶ Glo. se. recl. p. q. ad quā ar. p/⁊ soluit ꝯuū p tertiū p euitationem absurditatis ⁊ p rationē addens illud approbatum. ⁊ huic decre. respondet.

b ¶ Sacri ordinis. vt. s. q̄ cle. vel vo. c. j. ⁊. ij. Jn minorib⁹ aūt licite ꝯtrahit̄. vt. s. ꝺ cler. cōiug. ca. j. Et ex eo qđ hic equiparat pfessionem religionis ⁊ sacrū ordinē: videt̄ q̄ sicut p pfessionem religiōis soluuntur spōsalia de pñti: sic p receptionē sacri ordinis añ carnalē copulā dissoluunt̄: ⁊ sic ⁊ alibi eq̄parant̄ ista. xx. q. ij. ca. j. ⁊. s. de vita ⁊ hone. cleri. cleric⁹. Sed tam disputaui ⁊ terminaui contrariū qđ est hodie approbatum q̄ ꝯstitutionē Joā. q̄ icipit Altercatiōis antique. scȝ spōsalia de pñti nō dissolui p receptionē sacri ordinis p decre. ex pte. ij. s. de cōuer. cōiu. vbi etiam de hoc ⁊. xxvij. q. ij. desponsatā. nōne enim recipiendo sacrū ordinē vouet se castitatē seruaturū in seculo: et tamē tale votū castitatis in seculo seruāde non dissoluit spōsalia de pñti: vt ibi. Inducat ergo hoc fauoꝛ religiōis. ⁊ merito: quia alia est causa monachi: alia clerici. xvj. q. j. alia. in solo ergo casu expresso dicamus separari. qđ eñ nō est sanctoꝝ patrū decretis ⁊c. s. de transla. inter. Et si diceremus contrariū iam hic non esset equalitas: q: iam duplici remedio posset vir spōsalia dirimere: ⁊ mulier vnico. q: ppter sexus fragili

Spōsalia de pñti nō dissoluunt̄ p susceptionē sacri ordinis.

c ¶ Tacitam que fit cum maioꝛ spōte ⁊ sciēs recipit habitum pfessorum vbi est distinctus. s. titu. pri. ca. j. ⁊ ca. cōstitutionem. vel cum habitū indistinctum ꝓfert p annū. vt. s. e. tit. c. ex parte. ⁊ ca. j. e. lib. Additio. j. Uel distinctū distinctione latenti: vt in clemen. de regula. eos qui. Jo. an.

d ¶ Per sedē aplicā. alr̄ eñ nō pōt. vt. s. ꝺ religio. domi. ca. vlti. ⁊ eo. tit. ca. vno. j. eo. lib. Jo. an.

¶ Glosa seq. soluit duas questiones.


e ¶ Approbatis. Ergo si pfitet̄ religionem nō approbatā: si postea ꝯhit/tenet mr̄imoniū. qđ verū puto etiā si qñ pfitebat credebat illā approbatā. Et eadē rōne dico q̄ si recipit q̄s subdiaconatū ab eo quem credebat epm: sed non erat. si postea ꝯhat mr̄imoniū bene tenet. ⁊ ita terminauit Bar. brix. s̄m Tā. in questione. quidam ordinatus.

f ¶ Contrahendum. vt. s. qui. cle. vel vo. rursus.

g ¶ Debeatur. Ex manifestatione igitur grauius fit peccatū. ad hoc. s. de peni. ⁊ remissio. c. j. de hoc dic vt no. xxij. q. iiij. nemo. lxxxj. dis. clericus solus. ⁊. s. de cele. misse. de homine. Additio. Et. xix. distin. anastasius. Archi.

¶ De statu regulariū. ¶ Dictū fuit. s. de religiosis ⁊ monachis: verū q: posset aliq̄s dubitare de eoꝝ statu ⁊ vita: ideo ad nos informandū ponit roman⁹ pontifex rubricā de statu monachoꝝ. Helias. r.

Continuatio ꝺ helie



Ericuloso. ¶ Jn quattuoꝛ partes diuido hanc decre. Jn quarum prima que durat vsq̄ ad §. sane. ponit cām constitutionis. ⁊ ꝯstitutionem de clausura monaliū. Jn scđa p̄cipit vltra facultates monasterioꝝ non mēdicantiū nullā recipi: ⁊ contra factū irritū decernit: vsq̄ ad §. verū. Jn tria pvidet q̄d iuris qñ moniales habēt facere fidelitatē vel homagiū tēporalib⁹ vel secularib⁹ dñis et qñ in ecclesiastico vel seculari foro causas habēt. ⁊ hoc vsq̄ ad §. ⁊ quoniā.

diuisio

In quarta facit ordinarios executores hui⁹ iuris de clausura: etiã q̃ ad exēpta monasteria ꝓtestãdo q̄ ꝑ hoc in istis exēptis ad alia nihil iurisdictiõis sibi vēdicent. Additio. Et vt.j. dicit glo. ꝓmitte h̄ lrãm illã. cupiētes salubriter ꝓuidere. Et Archid. exponit ꝑiculoso pernicioso: dete stabili: execrabili. Jo. an. Addi.j. Jo. mo. diuidit l. vij. ꝺ p̄ia tertia ⁊ q̃rta ⁊ qualibꝫ ipaꝝ faciēs duas. Jo. an.

Additio. D. helle ¶ Istud capl'm fm̄ Jo. an. i no. uella nō fuit receptũ in regno frãcie. iõ i parlamento fuit iudicatũ ꝫ decisionē hui⁹ ca. qr cũ archiepũs Burdegale. quasdam montales vellet ꝯpellere vt manerent sub ꝑpetua clausura secũdũ decisionē hui⁹.c. Ipse moniales ꝫ istud ca. allegauerũt dictũ Jo. an. q̄ istꝰ ca. nō fuerat receptũ i regno frãcie. vñ ipe moniales obtinuerunt ꝫ archiepm̄ Burdegaleñ.

Moniales in regno francie includi nõ pñt.

statis laxatis habenis[a] ⁊ monachali modestia sexusq̄ verecũdia[b] ipudēter abiectis[c] extra sua monasteria nõnunq̄ ꝑ habitacula seculariũ ꝑsonaꝝ discurrũt et frequēter ĩfra eadē monasteria ꝑsonas suspectas admittũt: in illius cui suã integritatē volũtate spontanea[d] deuouerunt grauē offensã[e]: religiõis opprobriũ ⁊ scãdalũ plurimoꝝ prouidere salubriter cupiētes[f]. p̄nti cõstitutiõe ꝑpetuo irrefragabilr̄ valitura sancim⁹ vniuersas ⁊ singulas moniales p̄sentes[g] atq̄ futuras cuiuscũq̄ religionis sint vel ordinis in q̃buslibet mũdi partibus[h] existētes: sub ꝑpetua[i] in suis mõasterijs debere de cetero permanere clausura. Ita q̄ nulli earũ religionem tacite vel expresse ꝓfesse[k] sit vel esse valeat quacũq̄ rõne vel causa: (nisi forte tanto et tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret q̄ non posset cum alijs absq̄ graui periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas: nullisq̄ aliquatenus inhoneste persone: nec etiam

Casus sunt triplices. ¶ Casus. Quidã constitutus in p̄ntia Bonifacij octaui q̃siuit ab eodē. Sctissime pr̄ velle a vobis informari in q̃ statu debeãt viuere moniales? Rñ. ro. põ. q̄ cũ sit inhonestũ ⁊ multũ ꝑiculosum q̄ mulieres admittant in monasterijs suis viros: statuit q̄ decetero moniales maneãt sub ꝑpetua clausura: ⁊ nõ recipiant viros in suis monasterijs etiã si sint viri religiosi cõtra quos nõ est ꝑsumptio. Et deputat executores: ⁊ quaquē te fiat clausura. Etiã statuit q̄ si moniales debeant facere homagiũ q̄ illud faciãt ꝑ ꝓcuratorē si possit fieri. s꞉ si dñs nolit eas recipe ꝑ procuratorē: debēt ire ad ip̄m dñm in decenti comitiua. ⁊ facto homagio debent redire ad monasteria. [Bonis siue ꝓueñ.] Ne moniales habeãt occasionē exeundi monasteria non debēt i monasterio suo recipi aliq̃ moniales nisi q̄ possint viuere ex reditib⁹ ⁊ ꝓuētib⁹ ip̄si⁹ monasterij: ⁊ si recipiant̄ vltra nõ tenet receptio: l꞉ sit sec⁹ in mõasterijs viroꝝ: qr l꞉ etiã nõ deberēt recipi viri nisi quot possent viuere ex reditib⁹ monasterij: tñ si recipiant̄ tenet receptio: qr in illis cessat rõ de qua in hoc capit. [Porro ne moniales] in aliq̃b⁹ ꝑtib⁹ erat talis ꝯsuetudo q̄ qñ in sua cã vel sue ecclie tenebat̄ litigare ꝑ se vl' ꝑ ꝓcuratorē ꝯstitutũ apud acta corã iudice: ⁊ q̄ veniret semel i cã ꝑsonalr̄ corã iudice. vñ ne det̄ monialib⁹ occasio vagãdi papa ꝓhibet iudices laicos ⁊ dños tꝑales vt ip̄si admittant ꝓcuratores monialiũ: l꞉ nõ fuerit ꝯstituti apud acta s꞉ intra monasteria [diuini iudicij] ⁊ sic executores negligentes peccãt mortalit̄ hoc habent ista verba: obtestatiõe diuini iudicij ⁊ in terminatione maledictionis eterne. [Ordinario iure subditis.] nota q̄ archiepi ⁊ primates sunt executores hui⁹ cõstitutionis. ⁊ ideo moniales sibi subiectas ⁊ nõ exemptas poterũt cõpellere sua auctoritate ordinaria. sed moniales exemptas cõpellent auctoritate apostolica sibi cõmissa per istud capitulum.

a ¶ Laxatis habenis. similitudinarie ad equũ q̃ laxatis habenis currit quo vult. de homici. dilectus.

b ¶ Verecũdia. xxx. q. v. nec illud. et. xxxij. q. v. hec imago.

c ¶ Abiectis. sic. ꝫ. e. li. de elec. quorundam.

d ¶ Spontanea. al's nõ obligarētur. vt. xx. q. iij. presens clericus. ꝫ. de regulari. cum virum in fine.

e ¶ Offensam xxvij. q. j. nec aliqua.

f ¶ Cupiētes hic incipe ꝯstructum.

¶ Glosa sequēs obijcit ⁊ dupliciter soluit.

g ¶ Presentes. S꞉ quomodo p̄sentib⁹ monialibus districtior vita imponi potuit contra id. xv. q. j. nec ïs xxij. q. j. integritas. xx. q. iij. p̄sens. cum ⁊ nemo crescere compellatur lxxxiiij. dist. gesta. ⁊ ibi de hoc. Potest dici q̄ illud verum de regula: sed hic ad regulã nihil adijcit̄: sed modus habitandi scd'm naturã rei taxatur. [Idem Jo. an. mona.] Vel dic supradicta vera in clericis secularibus. In religiosis qui velle vel nolle non habent secus: quia illis potest strictior vita indici etiã ex regula scd'm Innocen. qui hoc notauit de regulari. sup eodē. et hoc probat ista decreta. Et adde quod dixi. j. de regu. iur. quod omnes. Additio. j. Et clemen. eo. titu. ne in agro. Et per hec iura patet papam circa ꝓfessos multum posse in cibis/vestibus/modo manendi et similibus: que plus cadunt in bonis fortune. reseruata tamen naturali sustentatione ⁊ substantialibus regule. de quibus dic. vt. ꝫ. eo. cum ad monasterium. in fine. In bonis autem nature/gratie/vel glorie/non est tanta pape potentia. quod per se patet. Illa enim deus cuius vices gerit non transtulit in eum Joan. an.

Additio. Religiosis an possit imponi artior stat⁹ ꝑ papam

h ¶ Partibus. Quia varietas locorum iuris varietatem regulariter non inducit. C. de tempo. in integ. restitu. l. supervacuam. Et nota q̄ dicit mundi: toti⁹ enim orbis papa tenet principatũ. ix. q. iij. cuncta per mundum. et in prohemio huius libri cum suis cõcordantijs.

Papa toti⁹ orbis obtinet ꝑncipatum.

¶ Glosa seq. soluit dubia.

i ¶ Perpetua. Non credo [Idem Archidia.] q̄ decreta. ista tollat quin possent si vellent ad strictiorem religionē humilitatis ⁊ puritatis causa trãsire. ꝫ. de regulari. licet. petita licentia. vt ibi. Itē quin vna monialis ad regimen alteri⁹ monasterij possit assumi. ꝫ. eo. lib. de elec. nullus. cum suis concordan. semper enim erunt in clausura Additio. Eiusdem religiõis ⁊ habitus quod dic vt in clementi. j. de electione. Joãnnes andree.

k ¶ Professe. quod dic. vt. ꝫ. ti. ij. c. j. ⁊ c. constitutionem. Ergo professa non erat huius cõstitutionis. tēpore non tenetur.

a ¶ Honeste. Unde nec monachi ad eas accedere debēt vel cū eis colloqui: nisi in presentia abbatisse p modica verba. xviij. q. ij. diffinimus: nec debent esse monasteria duplicia. vt ibi. ⁊ in. c. sequenti.
b ¶ Cā. Sicut in medicis: barbitōsoribus: sartoribus: carpentariis cū egerint. ⁊ his similibus.
c ¶ Opportunitate. xviij. q. ij. diffinimus.
¶ Glo. se. questionem de facto ponit ⁊ soluit.
d ¶ Absq3 penuria. Not. non dixit cōmode: nā in quadā qōne de facto opponebatur contra quasdā moniales q earū receptio non tenebat: q2 facultates nō sufficiebāt: ⁊ formatus fuerat articulus in hec verba. Intēdit probare q et facultatibus monasterij sancti Petri nō pnt tot cōmode sustētari. Opposuit q in tētio probata ... nō releuabat: q2 posset esse q nō possent commode: et tn possent absq3 penuria: iā ei dico q canonicus bononien. de cētū florenis nō posset cōmode sustentari. et tn de. xxv. sustētaretur absq3 penuria. Idem dico de meipso: nā in illa cōmoditate inspicitur cōsuetudo regionis ⁊ qualitas persone: vn̄ lz nō possim cōmode sustentari: tn possum sine penuria. Penuria em̄ scdm deriuatores hz in se egestatē/indigentiā: ⁊ defectum necessariorum. hoc ergo voluit cōstitutio q cōstitute in monasterio nō mendicantiū nō haberēt necesse mēdicare propter necessariorum defectū. Si autē considerato antiquo statu monasterij vel alijs monasterijs ciuitatis: nō pnt cōmode sustētari: tn pnt absq3 penuria: tenebit receptio. Hoc em̄ ius nouū qd receptionē viciat extēdendū nō est: ⁊ sic obtinui. Additio. Sint ergo cauti q articulos formant in ponderādo verba. ⁊ facit qd dicā. J. de homi. c. j. super ver. xpianorum. ⁊. c. ij. in prin. ⁊ de vsur. c. ij. in pn. Jo. an. Additio. Incautū em̄ esset hoc ante probationē apponere ad aduersariū instruendum ⁊ est si. qd dixi de libel. obla. c. vlti. in fi. Jo. and.
e ¶ Sustentari. de insti. c. j. ⁊. c. autoritatem. de vi. ⁊ honesta. cleri. quoniam vt ait.
¶ Glo. seq. reci. per questionem ⁊ ipsius solutionem.
f ¶ Irritū. Hoc spāle dictū videtur in talibus monasterijs feminarū. Secus puto in monasterijs virorū. [Idē Jo. mo. Archi.] licet em̄ ⁊ in illis vltra q̄ sustētari possunt recipi nō debeāt. si tn̄ fuerint recepti tenebit: q2 ⁊ hominū ceribus se miscere: ⁊ sibi vite necessaria acquirere possunt. de cōsecra. di. v. nūq̄. Additio. Bn̄ facit qd no. lxxxj. dist. c. pe. Et facit iste §. p Jo. de deo q iij. q. x. tenuit q si virgines dicentes se meretrices ingrediūtur monasteriū institutū ad recipiendas solas meretrices penitētes et nō alias non tenet receptio: nec pnt ibi saluari fraude durāte q reuelata inde debent expelli. Jo. an.
g ¶ Dño temporali. In ecclesiastico enim secus: q2 ille de necessitate illas p procuratorem ad hoc faciendum admittere debz Jeo. §. ephs.
¶ Glosa sequēs signat cōtrariū et soluit.
h ¶ Homagiū Contra. J. de regu. iur. c. vltimo Solu. p spūalibus nō prestatur homagiū quia illud est symo. J. de symo. ex diligēti. sed p temporalibus iurisdictionibus vel similibus bene prestatur: ⁊ sic intelligitur hoc. ad hoc. xviij. distin. sic ps. ⁊. J. eo. lib. de appel. romana. §. debet. in auc. quomodo opor. epos. §. illud. colla. j.
i ¶ Prestet. Et sic iuratur per procuratorē. vt. lxiij. distin. tibi domino. vbi de hoc.
k ¶ Eum. Dominum temporalem.
l ¶ Societate. Habebit secū duas vel plures ex antiquis ... monachabus ⁊ capellanos suos ⁊ incedat honeste. Jo. an. Additio. Ualet em̄ societas ad suspitionem tollendā. xviij. q. ij. diffinimus. in fi. ⁊. xxxiij. dis. fraternitatis. vide qd dixi post Hiero. de presump. cū in iuuentute. post prin. Sicut ⁊ ad informationē morum. xij. q. j. c. j. poterit ⁊ secū habere suū spiritualem patrem. ⁊ viij. q. j. in decima. Archi.
m ¶ E vestigio. i. statum vel cōtinuo. Additio. Idē verbum. ff. de neg. gest. diuortio. post prin. Jo. an.
¶ Glo. se. reci. p. q. de rōne diuersitatis quā soluit.
n ¶ Fraudē. Sic. J. de iudi. mulieres. sed ibi pena excōicationis imponitur. hic nō: forte ratio fuit iudicialis auctoritas propter quā ibi magis delinquitur.

honeste[a] (nisi rōnabilis ⁊ manifesta cā[b] extitat: ac de illius ad quē pertinuerit spāli licentia) ingressus vel accessus pateat ad easdem. vt sic a publicis et mūdanis cōspectibus separate oīno seruire deo valeant liberius. et (lasciuiendi oportunitate[c] sublata) eidem corda sua ⁊ corpa in omi sctimonia diligentius custodire.

¶ In monasteriū nō mendicātium tot sorores debēt recipi quot poterūt sine penuria sustentari: et vltra non valet receptio. hoc dicit. Do.

¶ Sane vt hoc salutare statutū cōmodius valeat obseruari: districtius inhibemus: ne in monasterijs ordinū nō mēdicātiū aliq recipiantur decetero in sorores: nisi qt poterunt de ipsorum monasteriorum bonis siue puētibus absq3 penuria[d] sustētari[e]. si secus actū fuerit irritum[f] decernentes.

¶ Abbatisse principibus sclaribus ad fidelitatē faciendā ⁊ prestādū astricte: si n pnt p procuratorē iurare: p̄sonalr̄ exeundo mōasteriū iurabūt: absq3 dilatiōe ad mōasteriū redituræ. Do.

¶ Uerū qn̄ abbatissa vel priorissa cuiusuis monasterij pro feudo qd monasteriū ipm tenet ab aliq̄ principe seu dño tēporali[g] sibi debebit homagiū[h] vel fidelitatis sacramentū p̄stare (nisi q p procuratorē illud p̄stet[i] possit efficere apud eū[k]) de monasterio cum honesta et decenti societate[l] exire poterit eo casu licēter homagio facto: q̄primum cōmode poterit: seu fidelitatis p̄stito sacro ad ipsum monasteriū e vestigio[m] reuersura. sic q in fraudem[n] residēte siue more claustralis nichil fiat oīno.

¶ Cōpellunt dñi tpales p cēsurā ecclesiasticā vt i iuris curijs admittāt abbatissas p procuratores litigare. Ecclesiastici ho i tpalib⁹ ⁊ spūalib⁹ eor p curatores admittēt dñi. Do.

¶ Porro ne moniales cām seu occasionem habeant euagandi principes seculares ac alios dños tpales rogamus requirimus ⁊ obsecramus per viscera mie Jesu christi: eisdē in remissionem peccaminum

Recepto monachorum factā vltra facultates conuētus valet.

Sustētari nō posse cōmode ⁊ nō posse sustētari absq3 penuria differunt admodū.

Penuria idigentiā notat.

a ¶ Partib⁹. Anglicoꝝ ⁊ normānoꝝ: ⁊ volebāt fote q̄ lȝ possent p̄ p̄curatorē agere: tn̄ illos haberēt cōstituere in p̄ntia iudicis ⁊ releuare ⁊ cauere. Jo. an.
b ¶ Indueat. Merito igit̄ potuit papa sup̄ hoc legē dare. ad idē. s. ꝺ fo. cōpe. c. vlti. ⁊ de iureiur. iȝ. j. ꝺ sen. excō. decernim⁹
¶ Si. se. obijcit et soluit.
c ¶ Tractari. Sed nōne hoc ē ius cōe oim mulierū q̄ p̄sonalit̄ nō trahātur ad iudiciū. s. de iudi. mulieres. sic q̄ nō trahant̄ in iure: sed iste nō dn̄t etiā volētes trahi. vt ibi ꝟ. ceterum. ⁊ hic.
d ¶ Demādarent. s. eo. lib. de elec. vbi p̄iculū. ꝟ. p̄terea. ⁊. ff. ꝺ origi. iur. l. ij ꝟ. post originem.
e ¶ Primatib⁹ Ista sūt noīa diuersa. tn̄ idē est offm̄. xcix. di. c. j. Additio Arch. satis hic instat i his repetēs q̄ꝺ le. ⁊ no. xxj. dist. cleros. post p̄n. dicit antē q̄ de illis patriarchis loquit̄ h̄ de q̄b⁹ s. de p̄uil. antiq̄ de p̄rib⁹ aūt habet. xviij. dis. c. j. lxv. di. de p̄sona iij. q. vj. hoc q̄p̄pe. vj. q. iiij. si inter. xxiij. q. iiij. sicut excellentiā. de maio. et obe. ca. fi. de dila. c. fi. Joan. an.
f ¶ Sua. Auctoritate: quod est. j. Jo. an.
g ¶ Clausura facīēda. q̄ꝺ est. j. Jo. and.
h ¶ Secularis. xxiij. q. v. p̄dest. ⁊ exhibebitur non ad preiudicādum: sed ad ea que deo sunt placita exequēdum. s. de offi. ordi. c. j. ⁊ possunt ad hoc compelli xxiij. q. v. administratores.
i ¶ Per hoc. Protestatio q̄dā. fi. s. e. lib. de elec. vbi periculū ꝟ. preterea. et. s. de here. ad abolendā. in fi. saluo eo q̄ꝺ habes i cle. eo. ti. attēdētes. iu p̄n. Jo. an.

nichilomin⁹ suadētes: q̄ abbatissas ipsas ⁊ priorissas ac moniales q̄scūq̄ monasteriorū suorū curā: administrationē negocia ve gerētes q̄buscūq̄ noib⁹ cēseant̄: p̄ p̄curatores in suis tribunalib⁹ seu curijs litigare p̄mittāt: ne p̄ p̄stitutē dis p̄curatoribus: q̄ atornati in aliq̄b⁹ partib⁹ᵉ nuncupant̄ seu alijs hmōi easdē oporteat euagari. ¶ Si q̄ vo p̄tra presumpserint exhortatiōi hmōi rōnabili atq̄ sctē obtemperare nolētes: cū sit iuri p̄trariū: q̄ mulieres p̄sertim religiose p̄ se ip̄as litigare cogāt̄ et a via deuiet honestatis ⁊ periculū aiarū iducatᶠ: ad hoc p̄ suos ordinarios ecc̄liasticos censura ecclesiastica cōpellant̄. ¶ Ep̄is aūt ⁊ alijs p̄latis superiorib⁹ et iferiorib⁹ q̄buscūq̄ iūgim⁹: q̄ ⁊ ip̄i cās seu negocia q̄ p̄fate moniales hēbunt agere corā ip̄sis aut in curijs eorūdē: siue sint homagia fidelitatis sacra lites vel quicq̄d aliud ip̄sa p̄ procuratores earū fieri faciant ⁊ tractariᶜ.

¶ Ordiarij locoꝝ i subiectis monasterijs p̄p̄ria: in exēpt̄ apo. auctē clausurā p̄curare debent nec est propter hoc in alijs casib⁹ iurisditio in exēptos eis attributa. h. d. Do.

¶ Et q̄m parū esset cōdere iura nisi essent qui ea executiōi debite demādarētᵈ: patriarchis: p̄rimatibᵉ archiep̄is et ep̄is vniuersis districte i virtute sctē obedientie sub obtestatiōe diuini iudicij et interminatione maledictiōis eterne p̄cipiēdo mādam⁹: quatenus eorū q̄libet in ciuitate ac diocesi p̄p̄ria in monasterijs monialiū sibi ordinario iure subiectis suaᶠ: in his vo q̄ ad ro. imediate spectāt ecclesiā sedis apo. auctē: abbates vero ⁊ alij tā exēpti q̄ nō exempti p̄lati eccl̄iarū monasteriorū ⁊ ordinū quorūcūq̄ in monasterijs hmōi sibi subiectis de clausuraᵍ conuenienti vbi nō est: ip̄soꝝ monasterioꝝ expēsis et fidelium elemosynis q̄s ad hoc p̄curēt diligētius faciēda: et de ip̄sis monialib⁹ includēdis q̄ primū cōmode poterūt: p̄uidere procurēt: si diuine ac nr̄e indignationis voluerint acrimoniā euitare contradictores atq̄ rebelles p̄ cēsurā ecc̄lsticam appel. postposita cōpescēdo inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularisʰ. ¶ Per hocⁱ aūt i mōasterijs exēptis ordiarij locoꝝ q̄ ad alia nullā sibi credāt iurisditionem vel p̄tātem aliq̄tenus attributā.

¶ De religiosis domibus.
Greg. x. i cōcil. gn̄ali lugdun̄.

¶ Nō lȝ nouū ordinē vel religionem aut habitū noue religionis creare ⁊ assumere. Et reuocati sunt ordines mendicantiū p̄ papā nō approbati creati, post cōciliū. Do. ¶ vnicū

Religionum diuersitatem

¶ De religiosis domib⁹. ¶ Dictū fuit supra p̄ discursum tituloꝝ precedētiū de regularib⁹ ⁊ religiosis q̄ ter obligant̄ religioni p̄ tacitā vel exp̄ssam p̄fessionē ⁊ de eoꝝ statu. Nūc vidēdū est de ip̄soꝝ domib⁹ ideo ad nos informādū ponit̄ rubrica ꝺ religiosis domib⁹ vel sic. Uisum fuit supra de p̄sonis ⁊ statu religiosoꝝ. tā q̄ de dignitatib⁹. nūc vidēdum est de ip̄soꝝ domibus ideo ponitur rubrica. de religiosis domibus.

Continuatio dn̄i hec lyc.

R Eligionū. ¶ In p̄ma parte repetens ius antiquū (j) ordines mendicantes inuētos post conciliū nō cōfirmatos per ip̄sū: inquantū p̄cesserūt de facto reuocat. In scd̄a parte q̄ incipit ibi. cōfirmatos. de approbatis prouidet: q̄ professores illorū possint i ip̄sis remanere nullā ad p̄fessionē recipiēdo loca noua nō emēdo et vetera non vendēdo sine licentia apost. se. irritās cōtra factū et excōicans facientes cōtrariū. In tertia parte q̄ incipit ibi: sane. cōstitutionē dicit ad p̄dicatores et minores nō extēdi p̄pter euidentē vtilitatem ip̄soruȝ. nec ad carmelitas vel heremitas q̄ cōciliū precesserunt. In quarta parte que incipit ibi: ad hec. concedit p̄sonis singularibus ordinū ad q̄s constitutio extenditur vt possint trāsire ad ordines approbatos: sed non conuētus ad conuentū sine licētia pape. Jo. an. Additio. j. Bar. faciēs sex partes hoc solum ponit pro prima. et tertiā diuidit in duas. Sed cleri. py. et Joan. mo. faciunt quinq̄. diuidunt solum tertiam. In prima cōcor. cum glo. Sed Boati.

diuisio

nimiā[a] ne ꝯfusionē induceret gñale ꝯciliū[b] ꝯsulta ꝓhibitione vetauit. ¶ Sꝫ qꝛ non solū īportuna[c] petentiū inhiatio illarū postmodū multiplicationē extorsit. verūetiā aliquorum ꝑsumptuosa[d] temeritas diuersorum ordinū precipue mēdicantiū quoꝝ nondū approbationis meruere principium effrenatam quasi multitudinez adinuenit: repetita[e] cōstōne districti⁹ inhibentes ne aliqs decetero nouū ordinē aut religionē adinueniat vel habitum[f] noue religiōis assumat. ¶ Cūctas affatim[g] religiones ꝛ ordines mēdicātes[h] post dictū conciliū adinuentos: q̄ nullā ꝯfirmationē sedis apo. meruerūt ꝑpetue ꝓhibitioni subijcim⁹ ꝛ q̄ten⁹ processerant[i] reuocamus. ¶ Religiosi mendicātes per papā post cōciliū approbati et instituti nō possunt aliquē ad ꝓfessionē recipere: domū vel locū de nouo acq̄rere. nec acq̄sita sine licētia alienare: nec extraneis ꝑdicare: cōfessiones eoꝝ audire: vel ad sepulturā admittere. Et cōtra factū nō tenet: et ꝯtra faciēs excōicatus est. h. d. Dñicus. ¶ Confirmatos aūt ꝑ sedem eandē: post idē tñ conciliū institutos q̄bus ad congruā sustētationē reditus aut possessiones habere professio[k] siue regula quelibet interdicunt sed per questionē publicū[l] tribuere victū solet incerta mēdicitas: modo decernimus subsistere[m] īfrascripto: vt videlicet ꝓfessorib⁹ eorūdē ordinū ita liceat i illis remanere si velint[n] q nullū deinceps ad eoꝝ ꝓfessionē admittāt[o]

facit septem: de secūda olim facit tres ibi: si vero. ꝛ ibi personis. ꝛ duas de tertia: vt. s. Jo. an.

¶ Istud capitulū diuidit in quattuor partes. In prima parte roman⁹ pontifex repetēs ius antiquū ꝛ ordines mendicantes non confirmatos per papā inq̄tum ꝓcesserunt d facto reuocat In secunda parte ibi: confirmatos. prouidet de ordinib⁹ approbatis q professores eoꝝ ꝑht remanere loca nō vendēdo nec aliquid innouādo Tertio ibi sane. dicit q ista constitutio non extenditur ad mēdicantes q̄ precesserunt concilium. In quarta parte que incipit ibi: ad hoc. ꝓcedit personis ad quas ista cōstitutio extēdit vt possint trāsire ad ordīes approbatos.

Casus Italis b. helie ¶ Cum ex multitudie ꝛ diuersitate religionum: que diuersitas erat tā in modo viuēdi q̄ i diuersis habitib⁹ emanauit cōciliū generale: qđ approbauit certos ordines: ꝛ reliquos approbauit postea quidā de nouo inuenerūt nouos ordines. ꝛ quidā a papa obtinuerunt approbationē illoꝝ ordinū: alij non obtinuerūt. Unde papa statuit. vt illi ordines qui habuerūt approbationē apostolicā q ꝓfessores in illis ordinibus remanerēt q̄diu viuerēt: sed q nullum de nouo reciperent ad ꝓfessionem. ꝛ sic illis ꝓfessoribus mortuis esset extincta illa religio. Ulteri⁹ papa statuit q isti non possent noua loca acquirere: nec alienare loca acquisita: sed bona eoꝝ reseruauit papa sue dispositioni. Circa vero alios ordines nō approbatos ꝛ inuentos de nouo post concilium statuit papa q professi non maneant in illo ordine: sed papa dat eis licentiā vt possint trāsire ad aliā religionem etiam laxiorem. ꝛ voluit papa q ista constitutio nō comprehēderet ꝑdicatores ꝛ minores/carmelitas ꝛ augustinenses: sed vult papa q illi possint noua loca acq̄rere. nā longe ante istā cōstitutionem predicatores/ minores heremite ꝛ carmelite obtinuerāt ꝯfirmationes suaꝝ religionū: sed erāt alij mēdicantes q̄ de nouo inuenerāt nouū ordinē ꝛ nōdum obtinuerāt approbationē a sede apostolica. vnde isti q̄ erāt recepti ad istos nouos ordines non habebāt facultatē recipiēdi aliquē ad sepulturā: nec ꝑdicandi publice.

a ¶ Nimiā. pene nil immensum bonū. in auē. vt determina. sit nu. cle. in ꝑn. colla. j. nec in multitudie sacrificioꝝ ꝓpitiat de⁹. xxxiij. q. v. scriptū. de ꝯse. di. v. non mediocriter. Et meli⁹ est paucos bonos q̄ multos malos habere ministros. s. de eta. ꝛ quali. ca. pe. ad idē. s. eo. li. de rescrip. ca. ij. cū suis concor. Jo. an.

Ministros paucos et bonos melius est habere q̄ multos malos.

b ¶ Concilium. s. eo. tit. ca. vlti.

c ¶ Importuna. s. eo. li. de rescrip. ca. vl. de concess. ꝑbēd. detestāda. de peni. distin. j. importuna. in auten. vt diff. iud. in prin. ꝛc.

d ¶ Presumptuosa. re⁹ eī violate legis habet qui cōtra legem ausus fuerit sperare qđ licitum nō est. C. d peti. bo. sub. l. j. in prin. contra legē autem est absq licētia ꝑncipis nouū ordinē vel collegiū instituere: vt in predicto. c. ꝛ. s. e. c. vl. ff. de colle. illi. l. j. ꝛ. iij.

e ¶ Repetita. Sic. C. de epis. ꝛ cleri. repetita. C de emēda. iusti. co. l. j. in medio.

f ¶ Habitum hoc intellige in plurib⁹ sit in eodē collegio habitantib⁹ ꝛ eandem religionez ꝓfitētibus. alr̄ singular̄ ꝑsona secta nō inueniens ꝛ seorsum habitās nouum habitū induere sibi posset. ad hoc. xli. di. parsimoniam.

g ¶ Affatim. i. gñaliter. Si dicas affatim: tunc significabis abūde. Affatim dicēs facūde significabis [illegible] Dicūt deriuatores q ꝑmū dꝫ scribi ꝑ vnū f/ ꝛ vltima lr̄a n. secūdū ꝑ duplex ff/ ꝛ vltima lr̄a m. ꝛ addunt ꝟsum. Est afatos primi caput: affatusq secūdi Jo. an. [illegible] Alleg. Guil. xxiij. di. ꝑterea. in fine ꝛ hymnum Primo dierū oim. ꝛ Sūme deus clemētie

Affatim aliter exponatur.

h ¶ Mendicantes. reprobatur mēdicitas. xciij. distin. diaconi. vlti. licet paugtas non sit de genere malorum. xv. q. j. illa. in fine.

Paupertas nō est de genere malorum.

i ¶ Processerant. de facto.

k ¶ Professio. i. religio vel regula quā ꝓfitet: vnde quod sequit veniet expositiue. et hec sunt reperire in minoribus ꝛ ꝑdicatorib⁹. s. de exces. prela. nimis.

l ¶ Publicū. i. publice faciēdū. ad idem. C. de men. val. l. vna. li. xj. habēt igit elemosinas querere vnde viuant: quia certos reditus vel possessiones non habent: vnde sequitur incerta mendicitas.

m ¶ Subsistere. alr̄ subsidere.

n ¶ Si velint. quasi ad religionē aliā trāsire poterunt vt in fi. c. d; ad sclm nō poterūt redire ꝼm Guil. ad hoc. s. tit. ij. non solum. ꝛ. ca. constitutionem.

o ¶ Admittāt. ꝛ sic desinent in seipsis. in auē. vt deter. sit nu. cle. §. sancim⁹ igit. col. j. [illegible] Alle. etiā Guil. in auten. colla. iij. de mēsur. or. cle. §. sancimus. qui dicit q ecclesia videatur laqueū inuenisse ex quo fuerāt ꝯfirmati: oēs in vnū ordinē cōstari debuissent

nec de nouo domum[a] vel aliquē locum acquirant: nec domos seu loca[b] q̄ habent alienare valeāt sine sedis eiusdē licētia spāli. ¶ Nos enim ea dispositiōi se. apo. reseruam⁹ in terre scrē subsidiū: vl' pauperū: vl' alios pios vsus p locorū ordinarios[c] vel eos q̄bus sedes ipsa cōmiserit ꝯuertenda. ¶ Si vero secus p̄sumptuz fuerit: nec psonarū receptio[d] nec domoꝝ vel locoꝝ acq̄sitio: aut ipsoꝝ ceteroꝝūqꝫ[e] bonorum alienatio valeat: ꝛ nichilomin⁹ ꝯtrariū facientes sniam excōicatiōis incurrāt ¶ Personis q̄qꝫ ipsorum ordinū oino interdicim⁹ quo ad extraneos p̄dicatiōis ꝛ audiende confessionis officiū aut etiam sepulturā[f]. ¶ Reuocatio ordinū mendicātiū predicatores minores heremitanos. ꝛ carmelitas non cōprehendit. hoc dicit Dominū.

bet cām allegare: ⁊ corā arbitris ꝓbare. vt in p̄dic.de
cre.cū speciali.⁊
a principio ha-
bet ꝓponi exce-
ptio de suspecto
de hoc plene.iij.

Mutare consilium quis non potest in alterius

q.iij.offerat.de re iudi. inter monasterium. ex sugge
menti aūt cā recusatur per actorē ⁊ reum. de offi.de-
le.cām q.⁊.c.insinuante.cū si. Itē reus de maiori ex-
cōicatione excipit ꝯ actorem: sed nō actor ꝯtra reū de
iudi.intelleximꝰ.de except.cum inter priorē. Itē ma-
gis punit cōtumacia actoris ꝗ rei.qḋ ꝓbat.§.de do.
⁊ ꝯtu.cām q.⁊.§.eo.ti.eo.ti.actor q. ⁊ idē in silibꝰ. Et
no.ꝙ si reus vult se onerare supflua ꝓbatiōe mos ei
gerendus est.vt.ff.de ꝓba.l.circa.⁊ facit hec regula.

Contumacia actoris magis punit ꝗ rei.

Additio.i. Dy.ponit exēpla.si reꝰ post publicationē
attestationū nō ꝓducit testes. Itē post litis cōtestatio
nē nō renocatur ꝓcurator:ꝗ nec actor.in auē.de test.
§.illud.col.vij.ff.de ꝓcura.post litis. Joan.andree.
Additio.ij. Uel delegatū impetrādo recusat ordina
rium:tū ⁊ qn̄qꝫ reus impetrat.§.de rescrip.ceterum.
⁊ ibi dedi concor.in prin. Jo.an. Additio.iij. Et sic eo
casu fallit regula.ff.eo.omnis diffinitio.in fi. Jo.an.

Mutare. ¶ Casus in hoc ca.pōt poni primo p ca.
publicato.de elec.in an. Uacāte ecclesia Picta.
canonici illiꝰ ecclesie statim cōuenerunt in vnū ꝓ ele-
ctione futuri pastoris celebrāda:⁊ ordinauerūt ꝙ ipsi
ꝓcederēt ad electionē p̄lati p formā scrutinij ⁊ elege-
rūt duos vel tres scrutatores ad recipiendū vota sin
guloꝝ.scrutatis votis ⁊ publicato scrutinio aliq̄ cano
nici vidētes se deceptos ob aliquā cām volūt recede-
re a sua deliberatiōe:⁊ volūt mutare cōsiliū. Querit
an possint? Certe non.⁊ hoc p rōnē huiꝰ regule:qꝛ qs
mutare ꝯsiliū nō pōt in detrimentū alteriꝰ. Itē pōt fi
gurari p.l.p fundū.ff.de serui.rusti.p̄dio. Ponamꝰ ꝙ
sint plures habētes aliquē fundum cōem. q̄ voluerit
imponere aliquā seruitutē sup suo fundo:certū est ꝙ
anteq̄ꝫ valeat īpositio seruitutis requirit ꝙ oēs cōsen-
tiāt in īpositiōe seruitutis. Sꝫ ponamꝰ ꝙ aliqui istorū
cōsenserūt in īpositiōe seruitutis:cū postea dn̄s spera
ret hr̄e ꝯsensum aliorū.p̄mi volunt mutare suū consi-
liū.⁊ alij postea ꝯsenserūt. vtrū possint mutare suum
consilium in preiudicium fundi dominātis? Dicitur
ibi ꝙ non per rationem istius regule.

¶ Gl.se.dicit vn̄ sumpta ⁊ ponit exēpla:⁊ remittit ad
regulā qḋ semel.⁊ ad casus ibi exceptos aliū addens
a ¶ Mutare.[i] Hec regula sumpta est ex.l.ff.c.tit.
l.nemo pōt mutare. Pone ca.in electione.viij.q.ij.di-
lectissimi.§.de elec.publicato.⁊.c.ab eo.li.vi. In eo q̄
seruitutē cessit q̄ mutare nō pōt lꝫ nōdū socij cesserint
ff.de serui.rusti.p̄dio.l.p fundū.ad idē.C. ꝺ nego.ge.
l.vl.ff.quorū.lega.l.j.§.ꝓdest. Illa igit regl'a.§.e.qḋ
semel.intelligit fm istā.l.qn̄ ex mutatiōe volūtatis vl'
placiti alteri īpedimētū vel detrimētū affert vt dixi.
Et fallit in casibꝰ ibi no. Itē fallit in suo herede absti
nente vel repudiāte q̄ re adhuc in eodē statu manen-
te adire pōt: vl' tp̄s ad deliberādū petere.C. de repu.
here.l.vl.ff.de iure delib.si qs seruus.[ii] Et facit hec
regula ad ea q̄ no.§.de elec.in causis.[Additio.i.] In al-
terius rē.a ꝯtrario vbi alteri non p̄iudicat lꝫ mutare
quod facit ad questionē quā scripsi.§.ꝺ renū.ca.ij.in
glo.exquisite.in fi. Joā.an.[Additio.ij.] Eodem modo
videtur ad.l.ff.de collis.bo.nonnunq̄ꝫ. Joan.

Generi. ¶ Casus pōt primo figurari p ca.studuisti
de offi.legat. Sed ꝓ itellectu istiꝰ casus est p̄mo
p̄supponendū ꝙ legatꝰ de latere vel etiā aliꝰ legatus
pape hꝫ ordinariā iurisditionē in ꝓuincia sibi decre-
ta ⁊ ꝯcurrit cū qbuscūqꝫ ordinarijs illiꝰ ꝓuincie:ita ꝙ
pōt adiri etiā in
prima instātia.

G detrimentum. **Idem.**
Ene- xxxiiij.

¶ Casus. Pona
mus ꝙ cū eēt in
hoc regno aliqs

Casus lr̄alis d.helie

legatꝰ cardinalis q̄ dicit legatus de latere ⁊ haberet
ordinariā iurisditionē in tota ꝓuicia sibi decreta.pa-
pa delegauit aliquā cām inter te ⁊ me ep̄o pictauen.
querit vtrū iste legatꝰ de cā possit se intromittere: qꝛ
erat talis cā in qua quilibꝫ poterat esse actor ⁊ reus?
R̄ndet ꝙ ip̄e legatꝰ nō pōt se intromittere.qꝛ sue gn̄a
litati derogat per specialē delegationem. Itē pōt po-
ni casus p.l.sanctio legū.ff.de penis. Ponamꝰ ꝙ a p̄n
cipe emanauit aliqua lex per quam gn̄aliter impon-
tur pena oibus ꝯfacientibꝰ: vel ꝯfacientes puniūtur
ad arbitriū iudicis. Aliqs fecit ꝯ aliquam legē anti-
quā q̄ imponit sp̄alem penā. vtrū illa noua pena q̄ im
ponit per legē nouā extendat ad legem antiquā q̄ hꝫ
sp̄alem penā? R̄ndet ꝙ non:qꝛ quis duplici pena pu-
niret. Item qꝛ generi p speciem derogat.⁊ ideo delin
quens incurrit penā specialē ⁊ nō gn̄alē. Pro declara
tiōe huius regule opponit de.c.ex ꝑte.de offi. deleg.
in anti.vbi est textꝰ ꝙ papa mādauit alicui vt mihi ꝓ
uideret de tali archidiaconatu in tali ecclesia ꝓximo
vacaturo.in qua ecclesia erant plures archidiacona
tus.postea quidā alius a sede ap̄lica impetrauit re-
scriptum ⁊ gratiā p quā mādabat papa cuidā execu-
tori vt si talis vellet resignare suū archidiaconatū ꝙ
recipe illā resignationē:⁊ illi ꝓ quo scribebat confer-
ret archidiaconatū.⁊ sic ꝓ illo papa scribebat in spe-
cie:⁊ ꝓ me scribebat gn̄aliter:⁊ tn̄ ibi dicit ꝙ si vacet
archidiaconatꝰ p resignationē debet michi et nō illi:
pro quo scriptū est in sc̄do loco lꝫ ego haberē generalē
gratiā:⁊ iste specialem. Itē arg.de cap.cum ordinem
de rescrip.iuncto.c.veniēs.de p̄scrip.⁊.c. ex tuarū.de
fil'.pb̄ro.in ant. Pro solutione istorum contrariorū re
spondet glo.ꝙ ista regula primo fallit in priuilegijs:
vt si alicui cōcedat p̄uilegiū generale:postea cōceda-
tur cuidā alteri priuilegiū speciale:ꝯ illud priuilegiū
gn̄ale nō valet priuilegiū speciale nisi faciat mentio-
nē de gn̄ali.⁊ sic ista regula nō hꝫ locū in priuilegijs:
sed habet locū in rescriptis. Sed adhuc in rescriptis
fallit si rescriptū generale venit purificandum in spe
cie.vt in.c.ex ꝑte.de offi.deleg. vt in primo contrario
lr̄e gn̄ales erant purificande in primo archidiacona-
tu.⁊ primꝰ non erat consecuturus plures archidiaco
natus:sed vnū tm̄.⁊ sic ꝓpterea non est exceptio ab illa
regula. Item in.c.ex tuarū. de fil'.pb̄ro.in an.dicit ꝙ
papa concesserat priuilegiū alicui ep̄o: vt ip̄e ep̄s pos
set dispensare cum filijs sacerdotum vt ipsi licite pos-
sent tenere eccl'ias in qbꝰ sui p̄res ministrauerūt im-
mediate. videlicet vt filiꝰ posset habere illā ecclesiā:
qḋ est contra ius:qꝛ filius ꝗcūqꝫ legitimꝰ nō pōt
tenere ecclesiā sui p̄ris.sed ep̄s vt dictū est habuerat
priuilegium vt ipse posset dispensare cū istis. Accidit
ꝙ anteq̄ꝫ ep̄s vteret suo priuilegio accessi ad papam
et notificaui dn̄o pape ꝙ talis filius tenebat ecclesiā
in qua suus pater immediate ministrauerat: quare
petebam ⁊ supplicabā vt papa de illa ecclesia digna
retur michi prouidere: vnde papa dedit michi execu
torem.cui mādauit vt ip̄e ꝯferret mihi illā ecclesiam
dicit ibi ꝙ si ep̄us dispensauerat cū filio anteq̄ꝫ vte-

rer l̃ras meas ꝙ meꝰ executor nõ poterit vti sua iurisdi tione ⁊ tñ l̃re mee erãt spẽales: ⁊ priuilegiũ epi gñale ⁊ sic generi ꝑ speciẽ nõ derogat⸮ R̃ndet glo. ꝙ ista regula etiã fallit in isto casu qñ virtute gñalis pr̃atis est ꝓcessum ad dispensationẽ. iõ si anteq̃ eps dispensasset ꝓsentassem litteras meas et cepissem illis vti: tũc ꝑ meas litteras que sunt speciales esset derogatum illi priuilegio generali.

rius per speciem derogatur.

Idem. xxxv.

¶ Glo.se.dicit vñ sumpta ⁊ ponit exẽpla.scd̃o dicit in rescriptis loqui regulã nõ in priuilegijs ⁊ cãm reddit tertio signat contrariũ.soluit ⁊ remittit et ponit dictũ Hoff.quod tres casus excipit.quarto notat duo.et ad secundum signat contrarium et soluit.

a ¶ Gñi. Hec regl'a sumpta est ex.l.ff.e.ti.l.in toto iure. Pone casum.xciij.dist.c.vlti.in diacono q̃ est minor pb̃ro nisi in illo spẽli.c.in q̃ obtinet vices epi. Itẽ s.de offi.lega.studuisti.vbi de cã cognoscit delegatꝰ spẽlis nõ legatꝰ gñalis.ff.de pe.sanctio legũ.q̃ nouissime certã penã irrogat his q̃ legis ꝓceptis nõ obtẽperãt:ad eas species ꝑtinere nõ vr̃ qbꝰ spẽliter ipa legis pena addita est.⁊cor.ff.de leg.iij.l.vxorẽ.§.codicillis s.de rescrip.pastoralis.§.j.et de hoc.eo.ti.c.j.⁊.xxxv.q.ij.in summa. Hec regula hȝ locũ i rescriptis siue primũ sit gñale et scd̃m spẽle.vt in p̃di.c.pastoralis. siue primũ spẽle ⁊ scd̃m gñale.vt.e.ti. abbatẽ. siue eodem tp̃e datũ sit gñale et spẽle.ad hoc.s.eo.ti.de rescrip.c.pe. Rescriptũ aũt spẽle nõ tollit ꝓuilegiũ gñale.vt eo.ti.cũ ordinẽ.qđ est ↄ.nisi de ipso ꝓuilegio fiat mẽtio in rescripto.vt ibi. Uoluerũt q̃dã huiꝰ regule dictũ extẽdere ad ꝓuilegia.vt scd̃m spẽle deroget primo gñali sed hoc est falsum qꝛ semꝑ valet primũ siue sit gñale siue spẽle. si in scd̃o nõ tollatur expresse.s. de prescrip.veniẽs.s. decet.cũ suis si. Rõ diuersitatis est:qꝛ ꝑ p̃mũ priuilegiũ etiã gñale ↄsequit̃ ds statim plenũ ius: sȝ ꝑ p̃mũ rescriptũ gñale nõ ↄsequit̃ ds plenã iurisdictionẽ in spẽbus.s. rescrip.pastoralis.⁊.c.ad hec.⁊ iõ statim tollit̃ facilius. Cõtra.s.de offi.deleg.ex pte.vbi scd̃m spẽle nõ derogat p̃mo gñali. Sed ibi si bñ intueamur vtrũq̃ fuerat speciale.⁊ dic vt ibi. ¶ Notauit igitur Hof.s.de offi.leg.c.j.ꝙ hec regl'a fallit in tribꝰ casibꝰ In ꝓuilegio.vt de rescrip.cũ ordinẽ.⁊ cũ genꝰ ad vnicam rẽ refertur:vt in hac decre. ex pte.et cũ speciales l̃re nõ exhibent̃ reintegra.s.de fi.presby.ex tuarum. Nota ex hac regula:ꝙ nõ tm̃ valet genus q̃ ad speciẽ q̃tũ ipsa spẽs ad idẽ.s.de ap.c.ij.eo.lib.de pen.q̃ ad agendũ.ff.si ds cau.sed et si.§.quesitum.cũ si. de hoc xxiij.di.quãq̃.de offi.ordi.si sacerdos. Itẽ not.ꝙ lȝ ꝑ speciẽ gñi derogeт̃.vt hic.⁊.s.eo.lib.de ꝓben.dudum tñ species sub gñe bñ cõtinet̃.xij.q.ij.nõ estimemꝰ. et p̃dicta decre.dudũ.⁊ optime.ff.de lega.iij.hoc legatũ vbi gñale verbũ q̃ vxoris cã parata sunt singulas continet species.⁊.ff.q̃ in frau.credi.l.vlti.§.j.et.ff.e.ti.l.semꝑ in gñalibꝰ spẽlia insunt.Contra.ff.de dona.l.filiusfami.vbi dr̃ ꝙ si filio concessum est donare nõ põt mortis cã donare:nisi id spẽliter fuerit ꝑmissum et sic gñali v̾bo donatio:specialis donatio mortis cã nõ cõtinetur q̃ spẽs est:vt insti.de dona.in p̃n. Et est spẽle ꝙ ibi nõ tm̃ valet genꝰ q̃ ad speciẽ quãtum species.vt.s.dixi.Et põt esse rõ.Quia de hijs nõ videtur actũ vel cogitatum.C. que res pigno.obliga.pos.l.j.§.vlti.quia q̃nq̃ genus vt ꝓpriũ attribuit̃ speciei.ff. de adop.l.j. Additio.j Dy. qui materiã huius regule satis plene hic notauit : dixit eam exemplificari posse in legatis. in substitutionibꝰ.in cõtractibus.in legũ latoribus.⁊

Priuilegium spẽle nõ tollit gñale nisi d eo exp̃sse mentio fiat.

Donatio cã mortis nõ cõtinet̃ sub gñali v̾bo donatiõis

in .rescriptis.quẽ vide.Jo.an. Additio.j. Et vt dixi in predicta decre.j.de rescrip. super si. vlti.glo.Jo.and.

Plus semꝑ. ¶ Casus in hoc ca. figurat̃ primo ꝑ ca.si ds dederit.xxiij.q.j.vbi dr̃ ꝙ iter scholasticos erat ↄtrouersia q̃ pn̄a esset imponẽda ꝓ certo crimine.dicẽ q̃ in dicto ca.Aliqui dicebãt ꝙ erat imponẽda pena.v. annorũ. alij.vij. alij.x.annoꝝ. Un̄ papa approbat opinionẽ illoꝝ q̃ dicebãt ꝙ ꝓ illo crimine debebat iponi pena q̃nq̃ annorũ:qꝛ illa pn̄a iponẽda plus ↄtinet in se id qđ ẽ minꝰ. Itẽ figurat̃ casus ꝑ.c.j.de arbi.e.lib. Tu ⁊ ego litigabamus adinuicẽ vñ cõpromisimus in tres arbitros q̃ cãm examinauerũt.⁊ ꝯcluso ⁊ renũciato in cã ipi tulerunt diuersas sn̄ias.nec poterãt cõcordari in vnã sententiã:qꝛ vnꝰ te ↄdẽnauit in.xl. aliꝰ in.xxx. aliꝰ in. xx. querit̃,que istarũ sn̄iaꝝ valeat⸮ R̃ndet ꝙ sn̄ia illius q̃ condẽnauit te in minori summa.i.in.xx.qꝛ oẽs alij videntur consensisse in illam summã:et hoc per rationẽ huius littere:quia in maiori summa minor inest.

Plusᵇ semper in se continet quod est minus.

Casus l̃ralis dñi hēz l̃re.

¶ Glosa seq.dicit vñ sumpta ⁊ ponit exempla: ⁊ commẽdat duas alias regulas.scd̃o successiue signat duo contraria ⁊ soluit.tertio ponit casum exceptum et exponit de quo pluri intelligatur regula.

b ¶ Plus semꝑ. ¶ Hec regula sumpta est ex.l.ff.eo.ti.l.in eo ꝙ plus. Pone casum.xxiij.q.j. si ds dederit: vbi quidã imponebãt penitentiã.x.an.alij.vij.alij.v. ⁊ ibi canõ hãc vltimã sequit̃. Itẽ in arbitris ꝓnunciãtibus quilibet diuerso numero.s.eo.lib.de arbi. ca.j. ff.de arbi.l.diem.§.si plures. et facit insti.de serui.§.actus.vbi qui actum hȝ scȝ ius ducendi hoiem vel iumentũ vel vehiculũ. habet ⁊ iter sed nõ ecõtrario. Et est hec regula ratio quare in obscuris sequimur minimũ:qꝛ plus cõtinet in se minus:sed nõ ecõtrario. vt di xi.s.eo.in obscuris.⁊ cõcor. ad hãc regulã.j.eo. cui lȝ. Cõtra.s.eo. lib. de prebẽ. cũ in illis.§. vlti. vbi dr̃ ꝙ si mãdatur ꝓuideri de beneficio qđ spectat ad collationem capituli nõ adiecto cõiter vel diuisim nõ põt prouideri de beneficio qđ spectat ad collationẽ alteriꝰ de caplo. Sol.illud facit forma mãdati: ⁊ intẽtio scribentis qui alterũ solum grauare non intẽdebat. Itẽ contra hãc regulã ⁊ illã.j.eo.cui lȝ.⁊ illam.j.eo. qđ ob gratiã.⁊.j.eo.in toto.⁊.s.eo. lib. de prebẽ. cui de nõ sacerdotali.vbi si mãdatur alicui ꝓuideri de prebẽda integra:etiam eo volente sibi nõ poterit de dimidia ꝓuideri.vel si mãdatur prouideri de prebenda certi valoris.de prebẽda minoris valoris etiã eo volente prouideri non poterit. Ibi in fine patet solutio qꝛ id facit forma mãdati q̃ exacta diligẽtia est seruanda: vt ibi. Itẽ fallit hec regula in casibus vbi requiritur specialis expressio.vbi genus qđ plus est nõ continet speciẽ qđ minus est.vt dixi.s.regula priori. Et no.ꝙ hec regula locũ habet in eo qđ est plus quãtitate qđ enim plus est vtiq̃ tanti est: sed plus qualitate non includit minus qualitate. ¶ vt dicam.j.eodem cui licet. Additio.j Dy.po.exemplum per.l. qui quartam.ff. de leg.j.vbi si testator intendẽs legare quartam legauit dimidiam debetur quarta que inest.⁊ si intendẽs legare quinquaginta legat centum. Item per.l.j.§.si stipulãti.ff.de v̾bo.oblig. Jo.an. Additio.ij. Et sic soluitur contrariũ de.l.solemus.ff.de iudi.§.latrũculator.vbi cõceditur merũ imperium ⁊ denegatur cognitio ciuiliũ. Nã ille sunt species distincte.vt no.ff.de iurisdi.om.iudi.l.imperiũ.⁊ sic vna cõcessa nominatim denegata sit altera.arg.C.de procu.maritus.Dy.

diuisio

Plus i q̃ntitate nõ includit minus in qualitate.

Idem. xxxvi.

Pro possessore[a] habet q̃ dolo desijt possidẽ.

Casus lr̃alis dñi he lyc.

Pro possessore. Casus in hoc ca. figurat multis modis. Prio ꝑ ca. eccl'ia sctẽ marie. s., vt lite pen. in anti. l. qd̃ si dolo. ff. de rei vẽ. Tu possidebas rẽ quẽ asserebas ad me ꝑtinere: nõ est dubiũ ꝙ possum agere cõtra te rei vendicatione. Sed qd. Ponamus ꝙ tu desijsti illã rem possidẽ dolo tuo qr data opa sciẽter ad me fraudãdũ desijsti illã rem possidere nũqd possũ agere ꝯ te rei vendi. et tecũ agere acsi adhuc possideres? Rñdet ꝙ sic. qr ꝓ possessore habet q̃ dolo desijt possidere. ideo possum te cõuenire vtili rei vẽdi. ⁊ in e. ꝯ venict restitutio rei si possis rẽ recuꝑare a nouo possessore. Si aũt restitutio nõ sit possibilis iudex te condẽnabit ad estimationẽ rei: q̃ estimatio fiet ꝑ iuramentum meũ. verũtamẽ si taxauero excessiue: iudex poterit restringere taxationẽ meã etiã post iuramẽtũ: qr istud iuramentũ est iuramẽtũ affectionis: qr iurabo ꝙ nollem carere illa re ꝓ decẽ scutis ⁊ nõ est iuramẽtũ veritatis: iõ non possunt redargui de ꝑiurio: sed si esset iuramẽtũ veritatis iudex nõ posset ampli⁹ restringere illã taxationẽ vel resecare. vt in aut. posita sup. l. ꝓperandũ. C. de iudi. Itẽ põt casus figurari ꝑ. l. sed ⁊ si. §. ꝙ aũt. ff. de peti. here. Possessor ꝓ herede dolo desijt possidere. certe põt ꝯueniri acsi adhuc possideret. sec⁹ si non desijt dolo possidere sed casu fortuito res perijt ⁊ hoc verum: nisi esset in mora restituendi. vt in fine.

divisio ¶ Glo. se. p̃mo dicit vñ sumpta ⁊ ponit exẽpla. scdo dicit regulã itelligi nõ taliter sꝫ intm̃. tertio dat v'tilẽ subdẽs de fictione. q̃rto notat tria. Prio hoc casu quẽq₃ iurari in litẽ. Scdo regulã etiã in plato locũ hr̃e: tñ q̃ ad ꝓpria. Tertio notat ꝯ regulã et de ꝓbatiõe remittẽs dicit illud verũ in eo q̃ a principio sine dolo possedit.

a ¶ Pro possessore. Hec regula sumpta est ex. l. ff. eo. ti. l. q̃ dolo desierit. ⁊ l. parũ esse. ⁊ l. ad ea. §. semꝑ. Pone casum. s. vt lit. pen. eccl'ia sctẽ Marie. ij. ff. d rei vẽ. ꝙ si dolo. ⁊ l. si aũt. §. sed si is. vbi ꝯuẽtus rei vẽdi. si dolo desijt possidere habet ꝓ possessore: idẽ in ꝯuẽto petitiõe hereditatis. ff. de peti. here. sꝫ ⁊ si. §. ꝙ ait. ⁊ §. ꝑinde inq̃t. in ꝯuento noxali. ff. de noxa. si bone fidei. ff. si ex noxa. cau. aga. l. ij. §. i. idẽ in cõuento qd̃ vi aut clã. ff. qd̃ vi aut clã. l. semꝑ. §. ante pc. et idẽ i sĩlib⁹. Hec autẽ regula vera est q̃ ad hoc vt intantũ teneat q̃ dolo desijt possidere inq̃tũ possidẽs: nõ tñ tenet taliter. nã ꝯ possidentẽ dat directa: hic autẽ dat vtilis. vt ff. de noxa. l. electio. §. vlti. qd sit dolus dixi. s. eo. ti. scientĩ. Et est si. ad hãc regulã. s. de do. ⁊ cõtu. cõtingit vbi ille q̃ causa rei seruãde non põt adipisci possessionem ob dolũ vel potentiã rei elapso anno efficitur verus possessor acsi possedisset corꝑaliter. ad idem. ff. de do. ⁊ elegãter. §. si dolo. Et no. hic de fictiõe: qr ius fingit eũ possidere q̃ nõ possidet in veritate. ⁊ imperator consentaneũ nobis est vbi nulla stipulatio fuit interposita intelligi eam adhibitam. C. de rei vxo. ac. circa prin. ad idẽ. ff. de adop. si arrogator. xvj. q. iij. si sacerdotes. de trãs. inter corꝑalia. ⁊ facit qd̃ dixi. s. eo. sine possessione. Dicit tñ lex ꝙ ꝑ fictionẽ iuris veritas non confundit nec deletur. C. de iure do. in reb⁹. Et not. ꝙ cõtra eũ qui dolo desijt possidere ⁊ fecit vt nõ haberet possibilitatẽ dãdi: iuratur in litẽ ad estimationẽ rei: ⁊ ibi precedit iuramentũ et sequitur iudicis taxatio. et est speciale: quia illud iuramentũ est de affectu nõ de veritate. qd̃ dic vt plene no. ff. de in lit. iurã. videam⁹. §. iurare. Itẽ no. ꝙ hec regula locũ habet in priuato ⁊ etiã in prelato q̃ ad bona ꝓpria. Si autẽ eccl'ia desinat possidere dolo p̃lati nõ hꝫ locũ in eccl'ia iste rigor: qr delictũ ꝑsone ⁊c̃. vt. j. eo. delictũ. cũ suis cõcor. ⁊ hoc no. Ber. ꝺm Lau. vt lit. pẽ. eccl'ia. j. in vlti. glo. Itẽ no. qr regula dicit dolo: qr si sine dolo tẽpore q̃ mota est lis vel q̃ res iudicat desijt possidere absoluit. s. de except. aduersa. (iij) ff. de rei ven. si ante. circa pn. Sed si iterũ icipiat possidere: et iterũ agat ꝯ eũ nõ ob. excep. rei iudi. vt ibi dr̃. Si agẽs dicat reũ dolo desijsse possidere. re⁹ aũt dicat ꝙ desijt sine dolo: qs habeat ꝓbare queri solet? de q̃ dic vt no. ꝑ Ber. in predi. decre. de except. aduersario. et qd̃. s. dixi ꝙ qui sine dolo desijt possidere absoluit: verũ intellige cũ a p̃ncipio sine dolo possedit. Si aũt a principio dolose possedit: puta ꝑ vsuras furtũ vel rapinã vel sĩli modo: etiã si sine dolo possidere desijt, puta naturali interẽptione vel casu vel furto vel violẽta nichilominus tenet. ff. de vsu. cũ tu. de rap. sup eo. ⁊ C. de fur. subtracto. ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. §. rectissime. et facit qd̃ dixi. s. eo. mora. Additio. i Habet q̃ ad sui dãnum nõ q̃ ad cõmodũ vnde possessori cauet nõ ei q̃ dolo desijt. ff. de rei ven. l. hic si reus. ⁊ l. is q̃ dolo. Jo. an. Additio. ii Et qr iste nõ differunt in substãtia. ff. de neg. gest. actio. iõ effectualiter habet ꝓ possessore Dy. ⁊ vide qd̃ no. in spe. de interrog. §. ij. vsi. qd ergo si egi. Jo. an. Additio. iii Ibi dicit Bern. ꝙ si possidebat tempore lit. cõtesta. presumit dolo desijsse nisi cõtrariũ ꝓbet Dy. plus dicit hic. s. idẽ si post libellum receptum vel si denũciauerat sibi actor se daturum libellum. alle. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. ij. et qd̃ no. eo. fulcinius. §. quid si latitare ⁊c̃. Jo. and.

Possidẽs dolose a principio ẽt si sine dolo desijt possidere tenet.

Idem. xxxvij.

Utile[b] nõ debet per inutile vitiari.

Casus lr̃alis dñi helyc.

Utile nõ dꝫ. ¶ Casus p̃mo figurat ꝑ. l. sancim⁹. C. de dona. lꝫ q̃libet sit moderator rei sue: tñ iura volũt vt q̃s non possit facẽ donationẽ vltra summã centũ aureoꝝ absq₃ insinuatiõe: ⁊ donãdo imense ius ꝑsumit ꝙ ibi sit aliq̃ circũuẽtio. iõ iura volunt vt añq₃ fiat talis donatio ꝙ denũciet iudici. Sed ponam⁹ ꝙ donauit alicui summã mille aureoꝝ. vtrũ ista donatio annichilet in totũ vel valeat in summa centũ aureoꝝ quã possuꝫ donare? Rñdet ꝙ valet talis donatio vsq₃ ad summa legitimã. sꝫ vltra nõ valet. ⁊ hoc ꝑ rationẽ hui⁹ lr̃e. qr vtile nõ dꝫ vitiari ꝑ inutile. qd̃ verũ est q̃ñ vtile seꝑabile est ab inutili. Itẽ põt casus figurari ꝑ. c. si q̃s. xij. q. ij. Dicit ibi ꝙ ep̃s vl' ali⁹ p̃lat⁹ eccl'ie seruũ eccl'ie bñmeritũ põt manumittẽ. lꝫ manumissio sit alienatio. ⁊ p̃lat⁹ eccl'ie nõ possit alienare res eccl'ie maxime mãcipia. Sed ponam⁹ ꝙ p̃lat⁹ eccl'ie alicui seruo bñmerito dedit libertatẽ: ⁊ vltra dedit sibi aliquã possessionẽ eccl'ie. certũ est ꝙ donatio illi⁹ possessionis ecclesie nõ valet: sꝫ vtrũ ꝓpter adiectionẽ isti⁹ donationis inutilis vitiet manumissio? Rñ. ꝙ nõ. ⁊ hoc ꝑ rõnẽ huius lr̃e: qr vtile nõ dꝫ ꝑ inutile vitiari. Quia manumissio erat vtilis: iõ nõ põt vitiari ꝑ adiectionẽ donationis rerum ecclesiasticarum que est inutilis.

divisio ¶ Glo. se. p̃mo ponit exẽpla. scdo vltra tria exẽpla. alleg. ad hãc ꝑtem brocar. xxij. iura. s. ix. cañ. iiij. decre. ⁊ ix. ll. ad ꝑtẽ ꝯtrã. alle. iij. cañ. iij. decre. ⁊ iiij. ll. ponit solu. Bar. brir. demũ plenius soluit rñdens ad ꝯtraria.

b ¶ Utile nõ dꝫ. Pone casum. xij. q. ij. si q̃s de seruis: vbi ep̃s manumisit seruũ bñmeritum cui dedit vltra xx. sed illud ampli⁹ tñ reuocabit. s. de ꝓben. dilectus vbi cõfirmat factũ legati in vno capl'o et nõ in alio. C. de do. sancim⁹ vbi tenet donatio ꝑ parte. et pro parte

nō tenet. (i) Et no. ꝙ hoc est brocardicū ꝛ ꝑ hac parte factūt iura. ſ. inducta. ad idē. xxxviij. di. turbāt. et. c. ſi q̄d veri. j. q. j. nōne ſodomite. ꝛ. c. declarauit. xij. q. ij. v. quia. xvij. q. iiij. q̄ſtio. xxiij. q. iiij. inter cetera. xxiij. q. iiij. q̄d ergo. de cōſe. diſ. iiij. ſi nō ſcrificatur. ſ. de arbi. cum tpe. de do. apſice. ꝛ ibi not. de teſta. raynutius. ꝛ. c. raynaldus. inſtitu. de inuti. ſtipula. §. ſi q̄s. vbi ſi ſtipulor michi et alij tenet ſtipulatio ꝑ dimidia ꝑ alia non. ff. de vſu. vſuras vbi illicite vſure (ii) nō vitiant ſortē. ꝛ eo. ti. l. placuit. vbi ſtipulatꝰ vſuras vltra modū licitū vel vſuras vſurarum licitas tn̄ petit. lȝ nō vltra. ꝛ. ff. de iu. do. l. ſiue gn̄alis. vbi ſi gn̄alis curator vel ſpālıter dotis dande cā cōſtitutꝰ ampliꝰ q̄ fuerint mulieris facultates ꝓmiſerit nō valet ipſo iure ꝓmiſſio in ſupfluo: ſed vſq ad licitū modū bn̄. ꝛ. C. de trāſac. ſi ex falſis vbi trāſactio tenet ꝑ parte ꝛ ꝑ parte non. C. de vſu. cū allegas. C. ſi cer. pe. ſi pro mutua. vbi pene ꝓmiſſio tenet vſq ad legitimā q̄ntitatē vſurarū ꝛ nō vltra. ꝛ. C. de ſecun. nup. hac edictali. §. ſi ꝓ. vbi vltra ſtatutū modū relinquit̄ vitrico vel nouerce id qđ plꝰ eſt ſolūmō reuocat̄. C. de libe. ꝑter. vel exhere. aut. ex cā. vbi dr̄ ex cā ꝑteritionis vel exheredatiōis irritū eſt teſtamentum q̄ntū ad inſtitutionē cetera nāq firma ꝑmanent: ꝑ q̄ ꝛ ſimilia ꝓbat̄ vtile ꝑ inutile nō vitiari. Ecōtra ꝙ vtile vitiet̄ ꝑ inutile. ꝓbat̄. ix. di. ſi ad ſacras. xxiij. diſt. q̄rūdā. iij. q. ix. pura. ſ. đ offi. dele. cū ſup. ꝛ. c. ſup q̄ſtionū. §. ſi ꝓ. de re iudi. ad ꝓbandū. ff. de aq̄ quo. ꝛ eſti. l. j. §. itē q̄ritur. ff. de arbi. l. pediꝰ. (iii) vbi cōpromiſſum i ſeruū ꝛ liberū factū nō tenet. ff. de trāſac. cū hi. §. ꝑtor. vbi requirit̄ totū vtiliter geſtū. ꝛ iſti. qui. mo. tol. ob. §. ꝑterea vbi ptior ſtipulatio vtilis vitiat̄ ꝑtextu ſequētis nouationis: lȝ ſit inutilis. Sol. dixit Ber. brix. ꝛ hoc not. iij. q. ix. pura. ꝙ vtile ꝑ inutile vitiat̄. vbi i iure id inuenit̄ expſſum: alˀs nō. Uel dic pleniꝰ ꝙ regulariter (iiij) vtile nō vitiat̄ ꝑ inutile. vt hic ptȝ. video em̄ ꝙ hec ꝑ ꝓbādi ſcilȝ negatiua hic ponit̄ ꝑ regl̄a. habemꝰ igit̄ ſtare regule niſi ſpālitatis rō vel caſus ſpālis ꝯ regulā appareat vt dixi. ſ. in rubrica. Eſt aūt ꝯ hāc regulā caſualiter inuenire vtile vitiari ꝑ inutile: vt in ꝯtrijs. Et eſt ſpālitatis rō: q̄ vtile ꝛ inutile ſunt inſeparabilia. (v) vt vides in. c. quorūdā. in decre. cū ſup. (vi) et in decre. ſup q̄ſtionū ꝛ i decre. ad ꝓbandū. in. l. pedius. ꝛ in oībus ꝯtrijs. ꝓbat̄ optime hec ſolutio. ff. de aq̄ q̄ti. ꝛ eſti. l. j. §. trebatiꝰ. ꝛ. §. itē q̄rit̄. dicit̄ em̄ in. §. trebatiꝰ. ꝙ ſi habeo ſuitutē ducēdi ad aquā certū numerū pecorū ſi plus ducā ſupflua poterit dn̄s remouere. et in. §. itē querit̄. dicit̄ ꝙ ſi habeo ſeruitutē ducendi certā aquā ꝑ fundū tuū ꝛ ego aliā aquā illi miſceo ꝙ a toto potero ꝓhiberi. Rō ergo diuerſitatis eſt: q̄ pecora ſeparabilia ſunt: aqua mixta inſeparabilis: iō in primo ꝓhibeor ſolū a ſupfluo in ſcđo a toto. Itē ꝓbatur opti. ff. de edil. edic. plerūq. ꝛ. l. ediles. §. cū aūt. ꝛ. §. ſe. vbi ſi difficilis eſt ſeparatio redibito vno redibet̄ ꝛ reliquū. ad idē. ff. de leg. j. plane. in ꝑn. ff. de vb. obli. l. j. §. ſed ꝛ michi. ꝛ. l. q̄ extrinſecus. cū ſi. colligitur ſol. ff. de vſu. l. pecunie. j. rn̄. in vlti. glo. Arg. ꝯ. ff. de dona. inter virū ꝛ vxo. ſi ſpōſus. §. ij. Sed illud ſpāle donationū fauore. Itē ꝯ ꝑdicta. ff. cōis predi. l. ꝓpriū ſolū. vbi ſi vēdo ꝓpriū ſolū ita vt michi ꝛ vicino ſeruiat: michi ſoli ꝛ nō vicino ſeruitꝰ acquirit̄. ꝛ. ff. qđ cū fal. tu. l. j. §. ſed pomponius vbi ſi verꝰ tutor auctoritatē ꝑſtitit cū falſo tutore. tenet ipſius veri tutoris auctoritas. Et iō ſubdiſtinxerūt q̄dā ſi vtile ꝛ inutile ſunt inſeꝑabilia: ꝛ vitiū eſt in re. tūc vitiatur. vt. ſ. dictū eſt. Si aūt vitiū eſt in perſona adiecta: tūc nō vitiat̄. ꝛ ſic intelligātur hec cōtraria. Sed hec ſolutio reprobari videt̄ ꝑ ꝑdi. decre. de offi. deleg. cū ſup. et iō poſſet rn̄deri ad ꝑdi. l. qđ cū fal. tu. ff. vt ibi no. Ber. vel poſſet dici ꝙ illa. l. verꝰ tutor, et falſus auctoritatē non ſit̄ ſed ſeꝑatim ꝑſtiterunt: ꝛ ideo cū actꝰ cōmiſcui nō fuerint vtile non hȝ ꝑ inutile ſeꝑari. Ad. l. ꝓpriū. ff. cōia ꝑdi. bn̄ fateor ꝙ ſeruitꝰ eſt res indiuiſibilis: ſed ibi vēdēs ſeruitutē integrā ſibi ꝛ integrā vicino acq̄rere voluit. (vi) Seruitꝰ aūt vicini bn̄ eſt ſeꝑabilis a ſeruitute vendentis. ꝛ iō altera vtilis ꝑ alterā inutilē nō vitiat̄. Ad leges aūt ſuperiꝰ allegatas. ff. de arbi. l. pediꝰ. ꝛ. ff. de trāſac. cū hi. §. ſi pretor. dico ꝙ ibi non erāt duo quorū alterū vtile eſſet: alterū inutile: ſȝ vnū ſolū. ſcȝ trāſactio ſup alimētis: i ſcđo caſu inualida: q̄ nō q̄ſierat pretor de oībus q̄ mādat orator. ꝛ in primo caſu vnū fuerat compromiſſum ꝛ nō duo. Sed ad hoc vltimū eſt melior ꝑma ſolutio. videt̄ tn̄ fallere ꝑdicta ſolutio in caſu. ff. de fideiuſ. l. grece. §. in oībꝰ. vbi dr̄ ꝙ ſi fideiuſſor obligatꝰ eſt in duriorē cām q̄ principalis oīmodo nō obligat̄: ſed ſm̄ opinionē illā q̄ exponit omnimodo nō obligat̄ in eo ſcilȝ ꝙ excedit nō cōtradicit. [illegible] Dy. ponit exēplū ꝑ. l. ſi duobꝰ. §. heres. ff. de leg. vbi debet legatū ad qđ preſtādū dānatꝰ eſt heres ꝛ non heres. Jo. an. [illegible] Etiam mixti ſorti. Joan. andr ee. [illegible] Alias incipit parui refert. [illegible] Idē Accur. in preallc. l. pediꝰ. Sed dicebat Dy. ſolutionē nō ſufficere niſi caſuū exceptorum ſpecialis ratio reddatur. Jo. an. [illegible] Idē Joā. mo. hic. [illegible] Et per. l. pedius. [illegible] Sed in. l. pedius non fiebat inſolidum cōpromiſſum: q̄ tunc ſecus. vt in. l. ſeq. Sed cum ita. Jo. and.

Utile ꝑ inutile vitiat̄ q̄n illa ſunt inſeparabilia.

Idem xxxviij.

Ex eo non debet quis fructum conſequi quod niſus extitit impugnare.

Ex eo non dȝ. Caſus figurat̄ ꝑ. l. papinianꝰ. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſta. Pater meꝰ inſtituit extraneū heredē ſuū: et me filiū ſuū exheredauit: tn̄ ꝑ ſuū teſtm̄ legauit mihi aliquā rem puta pratū. vineā vel domū heres ſcriptus poſt mortē pr̄is adiuit hereditatē hereditate adita cōueni heredē ſcriptū querela inofficioſi teſtamēti ſuccubuit in querela: q̄ heres ꝓbauit ꝙ cōmiſerā ingratitudinē erga patrē meum. volo poſtea capere legatū michi relictum in teſtamēto: Rn̄det ꝙ non poſſum: quia nō debeo habere legatum ex teſtamento quod niſus fui impugnare.

Caſus lr alis dn̄i here.

Glo. ſe. prio ponit exēpla. ſcđo dicit tria d̄bere ꝯcurrere ſcȝ ꝙ ꝑſeueret. ꝙ nō rōne officij id faciat. ꝛ ꝙ idē ſit capim. tertio iducit ꝯtra. ꝛ ſilr̄. q̄rto ꝯuertit regulā a Ex eo nō debet. Pone caſum in eo q̄ dicit decre. epl̄as nō eſſe auctēticas: q̄ nullā debet ꝑ ſe allegare. xix. di. ſi romanorū. ad idē. viij. diſt. quo iure. Item pone in eo qui impugnat cōpoſitionē qui ex ea beneficiū nō cōſequitur. ſ. de cēſi. cū olim. Itē in eo q̄ impugnat teſtamētū dicēs illud inofficioſum q̄ ſi id improbe dixit et ſuccubuit (i) q̄cquid ex teſtamēto capiebat ꝑdit. ff. de inoffi. teſta. papinianꝰ. §. meminiſſe. ad idē. xiij. q. ij. q̄ prepoſterū. ſ. de teſt. preſentiū. C. de his quibꝰ vt indig. l. alia eſt ꝛ dicit lex abſurdum eſt quē redire ad id qđ ſemel renūciādum putauit. C. de re. cre. ſi q̄s iuſiurandū. ꝛ facit ad hāc regulam. ſ. eo. qđ ſemel. et qđ ibi dixi. et qđ hic dicit niſus extitit. dic cum effectu ſaltē q̄ntū in eo fuit: q̄ perſeuerauit. ſi aūt ſimpliciter ꝓteſtaretur ſecus eſſet vt intelligit Ber. pred: de cre. de teſti. preſentiū. Itē ſi inciperet agere vel excipere ꝛ deſiſteret ante ſniam. (ij) vt ꝓbant ꝑdicte. ll. §.

diuiſio

meminisse. ꝛ l. alia est. ꝛ hoc no. Ber. in p̄dicta decret. de cēsi. cū olim. iii. Et q̄ dicit hec regula verū intelligo: nisi forte ex necessitate officiū habuerit impugnare. nam tunc ꝓprio nomine fructū cōsequi posset. hoc ꝓbatur. iii. q. vii. §. tria. v̄. si cōtra patrē pupilli. ff. de postula. l. vlt. ff. de iudi. iulian⁹ ait. ꝛ melius. C. de admi. tu. vel cura. cū quedā. vbi fili⁹ preteritus a matre tutor vel curator instituit heredis hereditatē adeundo nolē pupilli sibi nō p̄iudicat. ad hoc. ꝫ. co. li. de elec. c. pe. §. porro. Item lz q̄s impugnet sniam in vno. c. ex alio. c. cōsequit̄ fructū. de testa. raynuci⁹. ꝛ. c. raynaldus. ꝛ facit q̄d dixi. ꝫ. regula. ꝓxi. Et cōcor. ad hāc regulā. j. q. vii. c. j. ꝛ. xcvi. dist. si imperator. de postu. ca. vlti. ꝛ sic est q̄d dr̄. frustra legis implorat auxiliū ꝛc. de vsu. q2 frustra. Itē nota q̄ sicut nō d3 q̄s cōseq̄ fructū ex eo q̄d īpugnat/ vt hic: ita ecōuerso nō d3 q̄s ipugnare id ex q̄ fructū consequit̄. ꝛ. i. dis. ca. j. iii. q. iii. si q̄s testib⁹. iii. q. viii. cuius in agēdo. de censi. cū olim. in fi. ad hoc de trāsac. ex lr̄is. ꝛ aptē. ff. de iure do. l. cū in fundo. ver. ꝛ si quidē. ff. so. matri. sed ꝛ ideo. ꝛ hic sane intelligas scd̄m ea q̄ dicta sunt sup̄ ꝛ in alio casu.

Additio. j. Hoc dicitur: q2 si obtinuisset certū esset ex illo legata non deberi. vt in. l. statim alleg. §. si ex cā. ꝛ l. ticia. Jo. an. Additio. ii. Et sic etiam respōdetur ad l. post legatum. ff. de his qui vt indig. Joan. andree. Additio. iii. Et hic Jo. mo. allegat verba intelligēda cum effectu. de cle. non resi. relatum. hec allegatio nō videtur bona: q2 effectum non habuit qui succubuit. Sed intellexit effectum ex perseuerantia. Joan. and.

Impugnans aliqd ex necessitate offi cū pōt ex illo commodum cōsequi.

Idem. xxxix.

Cum quid⁹ prohibetur: ꝓhibentur omnia que sequūtur ex illo. Idē. xl.

Pluralis locutio⁹ duorū numerū est cōtenta.

Cum quid. ¶ Casus in hoc. c. figurat̄ multis modis. Primo p̄ ca. denicꝫ. iiii. dist. hoc modo. Statutū fuerat ante illud. c. denicꝫ. q̄ oēs xp̄i fideles ieiunarent dieb⁹. xl. ꝛ sic abstinerēt ab esu carniū. Ex qua q̄stiōne. insurgebat dubiū. vtrū dieb⁹ q̄dragintaesset licitū vti ouis: caseo: lacte ꝛ alijs lacticinijs? decidit̄ in illo. c. q̄ non: q2 cū ꝓhibit⁹ sit esus carniū: videnẗ ꝓhibita que trahunt originē sementinā a carne. nā cū q̄d ꝓhibetur: ꝓhibenẗ oīa que sequuntur ex illo. Itē pōt poni casus p̄. c. eos. lxxxi. dis. sic. Ponamus q̄ aliquis in penā sui delicti fuit suspensus ab officio. vtrū in cōsequentiā videatur etiā suspēsus a bñficio? Rn̄det q̄ sic. q2 ꝓpter officiū datur beneficiū. Et cū quid ꝓhibetur: ꝓhibentur oīa q̄ sequuntur ex illo. Itē figuratur casus p̄ ca. pastoralis. de appel. in anti. Alicui ꝓpter contumaciā suam vel delictū suū est sibi ꝓhibita communio ecclesie in qua est stipendiatus. vtrum videātur sibi ꝓhibita stipēdia ordinaria illius ecclesie? Respondetur q̄ sic per rationem huius regule.

Casus lr̄alis dñi hel ye.

¶ Glosa sequens ponit exempla.

a ¶ Cū quid. Pone casum in ꝓhibito a carnibus q̄ ꝓhibitus intelligit̄ ab oibus q̄ trahūt semētinā originem. iiii. di. denicꝫ. ꝛ ꝓhibita cōcupiscētia p̄ legē: ꝓhibita intelligunẗ oīa mala q̄ sequūtur ex illa. de q̄sti. nā cōcupiscētiā. Itē ꝓhibita alienatione: ꝓhibita intelligūtur venditio: donatio: manumissio ꝛc. C. de rebus alie. nō alie. l. vlti. ad idē. de re. eccle. nō alie. nulli. Itē ꝓhibito officio ꝛ bñficiū. lxxxi. di. eos. Itē ꝛ furto ꝓhibito: ꝓhibet̄ oīs rei aliene illicita vsurpatio. et ꝓhibita mechia: oīs illicit⁹ concubit⁹ ꝓhibetur. xxxii. q. v. penale. xxxii. q. iii. meretrices. ꝛ cui ꝓhibet̄ ecclesie cōmunio: ꝛ ei⁹ stipēdia ꝓhibita intelligunẗ. de ap. pastoralis. in fi. ad idē. de fer. expo. l. cui. Et concor. ad hāc regulā. ꝫ. eo. accessoriū. Additio. j. Est regula huic similis aliq̄ ꝓhibito: oīe id ꝓhibet̄ p̄ q̄d puenit̄ ad illud ꝛ hoc loqtur de q̄sequētia ꝓhibitiōis mediorū p̄ q̄ puenitur ad extremū. Ista vo loquit̄ de q̄na ꝓhibitionis extremorū que ꝓcedūt ex primo ꝓhibito. Et in hoc similī pone exemplum. ff. de spō. l. oratio. ꝛ ibi cō cor. Joan. and.

Pluralis locutio. Casus in hoc. c. pōt figurari p̄ ca. hoc q̄cꝫ. de q̄se. dist. j. Jure cautū reperit̄ q̄ cū sacerdos missaꝫ celebrat de honestate debēt esse plures audiētes: vt illa v̄ba: dñs vobiscū. possint verificari. Sed q̄rit̄ quot debēt esse p̄ntes? Rn̄det q̄ sufficit q̄ sint duo: q2 pluralis locutio duorū numero est cōtenta. Itē pōt casus figurari p̄. c. is cui. §. j. de p̄bē. ꝫ. eo. li. Papa dispēsauit mecū vt possem obtinere plura bñficia: aliter nō declarādo. Querit̄ q̄t bñficia potero obtinere v̄tute dispēsationis. ibi dr̄ q̄ v̄tute illi⁹ dispēsationis potero solū obtinere duo bñficia: q2 cū dispensatio sit odiosa est restringenda. ꝛ in odiosis sufficit q̄ v̄ba possint verificari: ꝛ illa v̄ba verificabūtur in duobus bñficijs: q2 pluralis locutio duorū numero est contenta. Item potest casus figurari p̄. l. libertas. §. post annum. ff. de manumis. testa. Aliquis ticius veniens ad mortem: suum condidit testamentum: ꝛ in testamēto suo cuidā seruo legauit libertatē post annos. queritur post quot annos seruus consequitur libertatem? Respondet q̄ post duos annos: q2 verbū annos verificatur in duobus per rationem huius regule.

Casus lr̄alis dñi hel ye.

¶ Glosa seq. primo ponit exempla. Scd̄o opponit de vna. l. ꝛ dupliciter soluit. Tertio dicit in testib⁹ regulam ꝓcedere vbi numerus nō adducitur ponēs. xvi. casus vbi plures q̄3 duo requirūtur. Quarto dicit regulam in pronominibus locum non habere.

diuisio

b ¶ Pluralis locutio. Pone casum. de q̄secra. dist. j. hoc q̄cꝫ. ibi dñs vobiscū: duos numero cōprehēdit. Itē. ꝫ. eo. li. de prebē. is cui. §. j. vbi bñficiorū noīe duo tm̄ bñficia cōtinentur. Itē p̄. l. ff. de ma. test. l. libert⁹. §. post annos. nam si leget̄ libertas seruo post annos de duob⁹ intelligit̄. Itē si ꝓmittit̄ vel legat̄ post dies: de duob⁹ intelligitur. ff. de verbo. sig. l. inter illā. §. itē data. Itē p̄. l. ff. de test. vbi numer⁹. vbi sunt hec v̄ba. ꝛ. iii. q. iii. vbi numer⁹. Cōtra. ff. de op. lega. l. j. vbi dr̄ q̄ si alicui legata est seruorū optio: tres eliget. Solu. speciale est in fauorē vltime volūtatis: vt ibi poti⁹ sequamur quoddā mediū q̄ minimum: q2 ad minus de duob⁹ intellexit: ex quo dixit in plurali: ꝛ forte de pluribus. sequamur g̃ quoddā medium: et sic optet tres. Uel dic vt ibi no. q̄ ibi legatus fuerat equus vel seru⁹ quem serui testatoris elegerint. q̄s seruos legatarius optari debeat: tūc optabit tres seruos qui eligent sibi equū vel seruū legatū. ꝛ iō tres: q2 duo de facili discordarēt. viii. q. j. nec nouū. ꝫ. de arbi. ca. j. ff. de arbi. itē si vnus. §. p̄ncipaliter. et q̄d hic dicit q̄ pluralis locutio est cōtēta duorū numero verū est regulariter: et ibi eo vel alio iure nō adijcitur numerus. vt in p̄dicta. l. vbi numer⁹ canonizata. iiii. q. iii. in casib⁹ igit̄ ꝛ instrumētis regulariter duo testes sufficiunt: interdū tn̄ vnus sufficit vbi scilꝫ nulli fit p̄iudiciū. de cōsecra. dist. iii. placuit. Et multi sunt casus in quib⁹ requirūtur tres ad minus. Primus in depositione pecunie. in auẗ. de fide instrumen. §. si quis igitur. colla. vii. Item quando imperitus litterarū contrahit in scriptis. C. si cer. pe. l. vlti. ij in instrumento de quo fit cōparatio. C. de

Testis vnicus sufficit vbi nulli fit p̄iudiciū

fide instru.l.penul. Quando pater legitimat filiū naturalem instrumēto publico.in auc̄. vt liceat matri ꝛ auie.§.ad hec.col.viij. Quando mulier fatet se ꝓ intercessione aliqd recepisse.C.ad velleia.antiqua. Qñ quis vult infirmare testamētū qd faciat post trāscursum decēnij. C. ꝺ testa.sancim⁹ in inuētario. C. ad.l.fal.auc̄.s3 cū testator. In

volēs si nō habuit cui solueret/sibi nō imputat. ff. de lege cōmisso.l.lege cōmissoria.⁽⁴⁾ in fi.ad idē.xliij.di. ephesijs.Ꝭ.de eo q̄ mitt.in pos.ca.ij. vbi de hoc.ꝛ facit. C.de ꝯdi.inser.l.vlti. Et no.ꝙ dicit per quā nō stat qꝛ nō sufficit vel nisi ad opus procedat q̄tum in eo est.Ꝭ de eo q̄ mitti. in pos.c.j. Impossibilitas ergo facti sicut a principio anullat obli

Idem. xli.

Imputari non debet ei ꝑ quē nō stat: si non faciat qd per eum fuerat faciendū.

Testes reqruntur i diuerso nūero ꝺm diuersitatem casuum vt iure cauet.

puuata scriptura: vt fidē faciat.C.q̄ po.in pign. ha.l. scripturas. Itē quinq3 requirunt ꝺu contractus excedit librā auri in ciuitate. C.si cert.pe.auc̄.sed nouo ꝛ in codicillis: ꝛ donatiōe causa mortis similiter. v.C. de dona.cau.mor.l.vlti. Item in testamentis communiter.vij.in testamēto tamen ceci.viij.C.qui testa.fa. pos.hac cōsultissima. aliqñ.v.vt in testamento rustici vt in municipijs ꝛ villis vbi est hoim raritas.C. de testa.l.si. aliqñ sufficiūt duo vel tres: vt in testamēto facto inter filios ꝛ nepotes.C.de testa.hac cōsultissima. Itē interdū reqrunt.xv.testes.C.de pr.sa.seri.l.vna interdū plures.ij.q.iiij.p̄sul.ꝛ.c.seq.⁽⁴⁾ Et no.id qd h̄ ꝺr de plurali locutione nō h3 locū in ꝑnoibus: vt nos vos vester ꝛc̄.nā vn⁹ p̄latus scribit: ꝛ ei scribit in plurali: ꝛ papa semꝑ de se scribit sic.Ꝭ.de cri.fal.ꝙ graui. Addit.j. Hec lex codicis requirit tres testes: sed auc̄. sed nouo.ibi posita requirit quinq3.ꝛ dic vt ibi no. Jo an. Addit.ij. Uide plenius de his in Specu.de testa.§.restat de numero. Jo.an.

Casus lr̄alis d.helie

Imputari nō debet. ¶ Casus figurat ꝑ ca.cū sit romana.de appel.in an.certū est ꝙ appellās debet appellationē suā ꝓsequi infra annū. ꝛ si non fuerit appellationē suā ꝓsecutus infra annū: appellatio sua efficit deserta. Sed ponam⁹ ꝙ nō stetit ꝑ appellātē quominꝰ prosequeret suam appellationē: vtrū appellatio sua efficit deserta: vel debeat sibi dari ali⁹ annus? Rñdet ꝙ ex quo fecit diligentiā sibi possibilē debet sibi dari alius annus. et si in secundo anno fuerit impeditus l3 de mero iure sua appellatio sit deserta. tamē per beneficium restitutionis cōsequet aliud tēpus ad ꝓsequendum suā appellationē. Item pōt casus figurari ꝑ ca.cōmissa.§.j.Ꝭ.de elec. Certū est ꝙ de iure ꝓmotus ad ecclesiā parrochialem debet promoueri infra annū ad sacerdotiū. ꝛ si nō fuerit ꝓmotus ad sacerdotium infra illud tēpus vacat eccl̄ia: ꝛ poterit ordinarius ecclesiā vt vacātē alteri cōferre. Sed ponamus ꝙ nō stetit ꝑ istum. sed ob defectum diocesani: qꝛ est suspensus vel absens non potuit ꝓmoueri ad sacerdotiū: vtrū elapso anno sit ꝑuat⁹ sua eccl̄ia? Rñdet ꝙ nō: qꝛ ex quo ꝑ ipm non stetit non debet sibi imputari. Glo.tñ dat ꝯsiliū ꝙ qñ nō stat ꝙ ipm debet infra illud tp̄s facere ꝓtestationē qualiter non stat ꝑ eū: ꝛ de hac ꝓtestatione habere actū siue instrumētū tñ hoc non est de necessitate: sed glo.dat cōsilium.

Diuisio

¶ Glo.seq.primo ponit exēpla.scdo cōparat impossibilitatem a principio ꝛ ex postfacto ꝓuenientem dicēs illum adhuc obligatum.cui signat ꝯtrium ꝛ remittit. allegans duas concor.tertio querit alleg. ꝓ ꝛ cōtra ꝛ soluit respondens ad contraria.

a ¶ Imputari nō debet.⁽¹⁾ Pone casum in eo qui debet appellationē ꝓsequi infra ānum cui nō imputat si ꝑ eū non stetit.ij.q.vj.anteriorū.in eo q̄ debet ꝓmoueri ad sacerdotiū infra annū cui non currit ann⁹ ipe si iusto impedimēto detētus ꝓmoueri non potuit. Ꝭ. eo.lib.de elec.commissa.§.j. In eo qui rē emit sub pacto legis ꝯmissorie.s.ꝙ si infra terminū preciū solutū nō esset: res foret inepta. ꝛ emptor in termino soluere

Impossibilitas viciat obligationē a principio ꝛ ex postfacto elidit.

gationē.Ꝭ.eo.nemo pōt: ita ex postfacto elidit: vt hic Si tamē tenetur qs aliquid facere infra certū tēpus: nec ꝑ eū stetit licet nō imputet: tñ post tēpus tenetur. de do.ꝛ ꝯtu.cū dilecti.ff.de arbi.l.celsus. Cōsulo tñ ꝙ si pōt infra tp̄s de impotentia ꝓtestet.ij.q.vj.post appellationē.de hoc de ap.c.vlti.ꝛ.C.de iur. emphi.l.ij. in fi.cum suis cōcor. Ad id qd dixi ꝙ post terminū tenet.ꝯ.Ꝭ.de spō.sicut.ff.ꝺ leg.iij.l.ea tñ adiectio. Sol. vt no.in p̄dic.decre.sicut.ꝛ vt dixi.Ꝭ.eo.nemo pōt. Et cōcor.ad hanc regulā.de elec.ca.vlt. vbi tp̄s datū ad eligendū nō currit ei q̄ non pōt eligere: nisi ex q̄ in mora fuerit petēdi licētiā.ad idē de ꝯces.p̄bē.qꝛ diuersitatē. Quid dices de eo q̄ sua culpa incidit in casum ꝓpter quē postea facere nō potuit qd ꝑ eū fuerat faciēdū? Uidet p̄mo ꝙ sibi sit imputandū: qꝛ regularit qs de casu tenet q̄ sequit culpā.l.di.sepe.ꝛ.c.studeat.de eta.ꝛ q̄li.c.j.ꝛ qd ibi no.ꝛ fa.lxxvj.di.nō satis.ꝛ q̄ ma. ac.pos.c.j.ꝛ.qd ibi no.ꝛ si.ff.qd me.cā.l.si mulier.vbi met⁹ illū nō excusat q̄ sua culpa incidit in metū. In cōtrariū videt ꝑ p̄di.iura.de elec.c.vlt.de ꝯces.p̄ben.qꝛ diuersitatē.arg.de pig.significāte.ibi. in captiōe ꝛc̄. de spō.veniens.ij. S3 casus est sp̄alis. Et dicit lex ꝙ q̄ iniuriose vl' libidis cā inimici vel mulieris fregerit ostia si fures nō ab eo inducti postea res asportēt nō tenet furti.ff.de fur.verū.ꝛ.l.q̄ iniurie.in p̄n. p̄terea deportat⁹ si nō potuit ꝓcuratorē dimittere bñ restituit: ꝛ tñ culpa sua absens erat.ff.de mino.l.papinian⁹. Itē debitor ꝓpt inopiā excusat cedēdo bonis etiā si sua culpa in illā inciderit.ff.de sol.odoard⁹.ff.de dolo.nā is. Satis videt dici posse ꝙ imputādū sit ꝓpt iura p̄mo inducta.hinc etiā dixit lex nō debere succurri ei q̄ i necessitate se posuit.ff.q̄ satisda.cogū.l.si fideiussor. vbi ꝺr ꝙ si reus nō pōt satisdationē dare vbi ꝯuenit: et in alio loco eiusdē ꝓuincie dare velit si satisdatio necessaria erat audiēdus est.si volūtaria nō: qꝛ ipse sibi necessitatē imposuit.ad idem.ff.si quis cau. l.ij.§.si qs tñ.vbi dicit ꝙ qui in iudicio ꝯparere debebat/si quid est qd ei imputet tēpestatē vel vim fluminis pretēdere non poterit.ad hoc de elec.cū in veteri. Ad iura in ꝯtriū inducta rñdeo: ꝛ dico ꝙ decr̄.vlti.de elec.ꝛ decr̄. de cōces.preben.qꝛ diuersitatē.loquunt de quadā pena canonis ꝓdita solū ꝯ negligētes.vnde ibi culpa siue negligētia non punit: hoc satis ꝓbat ipsa decre.qꝛ Uel dic ꝙ si ex culpa imponit aliqua pena vt suspēsio vt in p̄di.decre.qꝛ.vel deportatio: vt in.l.papinian⁹: tunc culpa illa vlterius puniri nō d3.ad hoc.xiij.q.ij. ca.vl.de iudi.at si clerici.alꝭ eñ sequeret ꝙ suspēsio idē esset qd ꝑuatio.ꝛ deportatio idē qd bonorū ademptio: quod esse nō debet.⁽ⁱⁱⁱ⁾ Ad decret.significante. dico ꝙ forte sine culpa sua erat in captione: ꝛ ibi etiā est alia ratio.scilicet ꝙ primo pecuniā miserat per eū quem fidelem nuncium credebat. Ad predi.l.verum ꝛ.l.qui iniurie.dico ꝙ verū est ꝙ non tenetur furti: tamen ꝯuentus de iniuria tenet emendare damna per illos fures illata: quia qui occasionem damni dat ꝛc̄. de iniur.ꝛ dam.da.ca.vlti. Ad hoc qd dicitur de inope dico ꝙ impossibilitas casus hoc inducit. Addit.j.

Ad hāc regulā ꝯcor. regl'a .j. cū nō stat. e. ti. Addit. ij. Ars icipit. si fund⁹. l. ꝯmissoria. Additio. iij. Uide qđ dixi in p̄di. decre. q₂ sup glo. sic patet. ⁊ quod dixi post AD y. .j. eo. quod ob gratiam. Jo. an.

Casus ls̄alis d. helie

ACcessoriū. ¶ Casus figurat̄ ꝑ ca. de prudentia. ꝫ de do. post di- uor. re. in anti. ſ₃ ꝓ itellectu hu ius casus est pri mo p̄supponen- dū q̄ dos est ac- cessoria ad ma-

Idem. xlij.

ACcessorium ᵃ naturā sequi congruit princi-palis.

trimoniū q₂ nō est dos sine matrimonio: l₃ posset esse mr̄imonium sine dote. Ponamus ergo q̄ ego cōtrari mr̄imoniū cū aliqua berta i casu ꝓhibito: q₂ ip̄a erat mea affinis: ⁊ istud ignorabam⁹. ip̄a dedit michi cen tū aureos in dotē postea mulier fuit certiorata de im pedimēto: vñ accessit ad papā ⁊ ipetrauit iudices de legatos ad cognoscēdū de isto ipedimēto affinitatis istis iudicib⁹ delegatis mādauit papa vt si eis cōstet de ipedimēto separēt matrimoniū: nō aūt mandauit papa vt cōpelleret me ad restituēdum sibi dotē. mu lier in suo libello petit separationē matrimonij et re- stitutionē dotis. ego excipiendo ꝓposui q̄ super resti tutione dotis iudices delegati non possunt se impedi re cum scripta delegatoria sint stricti iuris: ⁊ non ex- tendant̄ ad alias res nō exp̄ssas in scripto. Mulier re plicabat q̄ ipsi iudices poterāt etiā cognoscere de do te: q₂ dos venit accessorie ad matrimoniū. et commis- sa cā sup mr̄imonio videt̄ data cōmissio sup dote. Di- cit̄ ibi q̄ delegati poterūt itromittere de mr̄imonio ⁊ de dote: q₂ dos venit accessorie ad matrimoniū modo accessoriū sequit̄ naturā sui principalis. Item pōt ca- sus figurari ꝑ. l. non dubiū. C. de legi. ⁊. c. si diligenti. ꝫ. de foro ꝯpe. in an. đ₂ in illa. l. nō dubiū. q̄ ꝯctus con tra legē celebrat⁹ est nullus. S₃ q̄d ponam⁹ q̄ in illo ꝯctu interuenit iuramētū ad cōfirmandū cōtractum an valeat. Dicit̄ in illa. l. q̄ nō: q₂ iuramentū est acces soriū ad cōtractū. ⁊ istud verum q̄ non valet talis cō- tractus de iure ciuili: sed de iure canonico nō est verū indistincte. si illud iuramētū sit sine interitu salutis eterne. c. cū cōtingat. de iureiur. in an. in. c. si diligēti. de fo. cōpe. in an. đ₂ q̄ cleric⁹ nō pōt cōsentire in iudi- cē laicū: nec ꝓrogare ei⁹ iurisdictionē etiā de licētia sui proprij ep̄i. Sed q̄d ponam⁹ q̄ aliq̄s clericus cōsensit litigare corā iudice seculari: ⁊ iurauit seruare illū cō- sensum. an valeat iuramentū? dicit̄ ibi q̄ non: q₂ iura mentum est accessorium ad consensum: ⁊ accessorium sequitur naturam sui principalis.

diuisio glose.

¶ Glo. seq. p̄mo dicit vñ sumpta et ponit exēpla. scđo signat ⁊ soluit sex ꝯtraria. tertio ponit quandā distin ctionē Accur. ⁊ subdit duas concor.

a ¶ Accessoriū. ¹ Hec regl'a sumpta ē ex. l. ff. e. ti. cū ꝑncipalis. ⁊. l. nihil dolo. §. cū ꝑncipalis. Po. ca. in ꝑn cipali destructo: q₂ đ₂ destructū ⁊ accessoriū. xvj. q. vij et hoc dixim⁹. Itē si causa principalis. s. matrimoniū cōmuit̄: sic et accessoriū. s. dotis. ² de do. post diuor. resti. de prudentia. Itē si nō tenet ꝯtractus: nec ipsi⁹ accessoriū. C. de legi. nō dubiū. cōcor. de fo. cōpe. si dili gēti. de offi. dele. prudētiā. §. sexta. in fi. & fi. istru. int̄ dilectos. ad fi. ꝫ. e. lib. đ rescrip. c. j. ⁊. c. pe. ³ Et opti me ꝑ decre. ꝫ. e. de offi. dele. si sup gr̄a. vbi ptās execu torū datoꝝ ad gr̄am nō perit re integra morte conce- dētis: sicut nec gr̄a. q₂ ptās illa accessoria est ad gr̄am et de p̄scrip. cū ex officij. vbi sicut nō p̄scribit̄ visitatio nec ꝓcuratio rōne visitatiōis debita. ⁴ Contra. ꝫ. de iureiur. debitores. ⁊ cū ꝯtingat. vbi de hoc. ꝫ. eo. li. eo. tit. licet. vbi tenet accessoriū et nō principale. Sol. illud ꝓpter aīe periculū qđ eueniret si nō seruaret̄ iu ramētū: ⁊ dic. vt in p̄dic. decre. cū ꝯtingat. Itē. ꝫ. C. de ep̄is. audiē. auc̄. liberi furiosi. vbi tenet legatū ⁊ nō te stamētū vel heredis institutio. So. illud sp̄ale i odiū filioꝝ q̄ cōtēpse rūt patrē: vt no. Ber. in p̄dic. de cre. int̄ dilectos. Itē ꝫ. C. đ inuti. stip. l. itelligere. vbi sublata per

Idem. xliij.

QUi tacet ᵇ cōsentire vi-detur.

sonali remanet hypothecaria: s₃ dic vt ibi: q₂ non fue rat sublata ꝑsonalis pacto: sed tp̄e. et ꝑsonalis tollit̄ spacio. xxx. hypothecaria spacio. xl. an. ⁵ Et tō subla ta personali tp̄e adhuc remanet hypothecaria per. x. an. C. de p̄scrip. xxx. an. l. cū notissimi. secus si pacto vł alio modo. vt. ꝫ. dixi. Itē ꝫ. C. de p̄di. mili. l. ⁊ si is. vbi q̄ desierat esse curator vēdidit rē minoris: ⁊ sic nō te- nuerat vēditio: valet tñ obligatio de euictione. Sol. lic₃ nō tenuerit vēditio quo ad pupillū vel minorē: te nuit tñ q̄ ad illū curatorem olim: ⁊ ideo cū q̄ ad ip̄m te nuerit principale nō mirū si tenet accessoriū. Itē ꝫ. C. si aduer. vēdi. l. j. ⁊ auc̄. sacramēta. dic vt. ꝫ. Idē. ff. q̄. mo. vsufru. l. q̄ tñ. in ꝑn. et. l. ꝑce. ff. de fideius. l. gn̄alit̄ sed illa sunt sp̄alia. Itē no. Accur. C. de pac. l. pacta q̄ cōtra. ⁶ q̄ in pactis q̄ fiūt p̄ter legē tenet accessoriū ⁊ nō ꝑncipale. in his q̄ fiūt ꝫm legem vtrūq₃ in his q̄ ꝯ neutrū. Cōcor. ad hanc regulā. ff. de pecu. l. ij. ⁊. ff. de penu le. l. ij. vbi đ₂ q̄ ꝑempto principali ꝑimit̄ accesso riū. Additio. j. Naturā regule iuris ciuilis vt video su per glo. ⁊ antique ꝯcor. nō posuerūt hāc dictionē quā tñ posuit noua decr. si sup. quā alle. gl. Jo. ā. Additio. ij. Ratio vt dicit Jo. mo. q₂ dos nō pōt eē sine matrimo- nio: licet matrimoniū possit eē sine dote. patet q̄ dos accedit matrimonio. ff. de iure do. l. iij. Joan. and. Additio. iij. Et de p̄bē. sup eo. Joā. and. Additio. iiij. Per que iura patet vt etiā dicit Dy. regulā locum ha bere siue loquat̄ de principali inducēdo siue tollēdo siue confirmando. Jo. an. Additio. v. Hoc quando intē tatur contra debitorem vel eius heredē. alis interdū quadriēnio. q̄nq₃. x. vel. xx. vel. xxx. an. tollitur/ quod dic vt no. Spe. de p̄scrip. ad fi. ⁊ vide quod nota. ff. de pact. si tibi. §. de pignore. Additio. vj. Et. ff. ad. l. fal. q̄ de bonis. §. j. Joan. an.

Actio ꝑsona- lis tolli tur spa cio. xxx an. sed hypo- theca- ria spa cio. xl. annoꝝ
